

IOACHIMI VADIANI HELVETII, IN
POMPONII MELAE LIBRVM
SECUNDVM COMMEA
TARIA.

SCYTHIA EVROPEA.



Odo sinistro. Europa, inquit, paulò ante ingressis ad sinistrū sita, egredientibus in Maeotin dextra fit. Hæc dextræ & sinistri ratio frequenter ab authoribus situs terre obseruatur. Plin. lib. 3. de freto Gaditano: Qua irrumpes Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur, huic intranti dextra Africa est, leua Europa. Pomponius supra libr. I. de eodem. Hinc in nostrum mare pergentibus loua Hispania, Mauritania dextra est. b Huc Rhiphaei mōtes scilicet, hoc est ad Europe latus.

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS
LIBER SECUNDVS.

SCYTHIA EVROPEA.



Siae in nostrū mare Tanaiq; ver gētis, quē dixi, finis ac situs est. At pēundē amnem in Maeotida re meantibus ad dextrā Europa est, modo sinistro latere innauigatiū apposita, ac Rhiphaeis montibus (nā et b huc illi pertinēt) proxima. Cadentes affidue niues adeo inuia efficiunt, vt vltra ne visum quidē intēdentiū admittat. Deinde est dīgō dītis admodū soli, īhabitabilis tamē: quia Gryphi saeuū et ptinax ferarū genus, aurū terra penitus egestū mire amant, mireq; custodiūt, et sunt infesti attingētibus. Hoīm primi sunt Scythæ, Scythařūq; quis singuli oculi es se dicūt f Arimaspi. Ab eis g Essedones vsq; ad Maeotida. Huius flexū b Buges amnis secat, Agathyrsi et Sauromatæ ambiūt, quia pro sedibus plaustra habēt

Id qđ octaua Europe tabula Ptolemeus demōstrat: quāquā hodie cōstat supra Rhiphaeos in Arcton Europe partē ad sinum Venedicū procurrere, neglectā priscis qui cognitarū Asia atq; Europe illic terrarū sequestrū esse Tanais de fluxū uoluerūt. Hinc Lucan. lib. 3. Qua uertice lapsus Rhiphaeo Tanais diuersi nomina mundi Impo suit ripis, Asiaque & terminus idem Europe & media dirimens confinia terræ, Nūc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampli at orbem. c Aſidue. non tōto anno, ſed hyeme, quam multō habēt noſtra longiorē, et propter maiorem cœli declinatio nem, duriorem. Quanquam Plin. et Solin. præ ceteris temporum uiciſſitudine cum tractū carere ſcribant: fama uetustatis, puto, moti magis q̄ ueri noſcendi defyderio. Plin. cap. 12. quarti lib. Mox, inquit, Rhiphaei montes, & aſidue niuis caſu pennarū ſimilitudine Pterophoros appellata regio. Solin. Pterophorō dicūt, quippe caſus continuari ſiuū quoddā ibi exprimit ſimile pennarū. Græcis ἡγεόp pennam ſignificat. Lata igitur dēſaq; niue fit, ut uiſum intendere, & proſpicere longus nemo queat. In eius confinijs erētē ſunt Alexandro & Auguſto Cæſar. aræ. Tante olim principibus uiris gloria fuit, longinqua attigisse terrarū.

Tanais.

d Regio dītis. Geſ litron Plinius appellat. 7. lib. que de Gryphibus referuntur fabulosa existimans. Pugnam cū Arimaspis, & bestiæ ferociam, elegātiſſime reddidit Solinus. Nos quoq; in Elegia de Vadianorum imaginibus ad Melchiorem fratrē, inter cætera de Gryphibus ſic luſimus: Ignem micant oculi, curuatur acumine roſtrū, ſibilat et grandi lingua retorta ſono, Fulta toris ceruix pre acutis auribus extat. Fronsq; minax acris signa uigoris habet: Horrefcunt uillis armi criftantibus atri, Asperat et duros ungula fiffa pedes. Cauda ferit clunes, talos demissa ſub imos, Et nodū hirſuto turbine finis habet. &c. e Scythe. Europei, de quibus alidi. f Arimaspi. Vnacula gēs, ut Solinus ait. Herod. li. 4. ſcribit Scythařū lingua Ari ma unū, & ſpu oculum ſignificare, ut Arimaspos in uniuersum hac lingua unoculos dici credamus. At illis unus tanū in media frōte in ſignis eſt, ut olim Cyclopibus, ſi Poëtis credimus. Idē apud Græcos ſcriptores legiſſe ſe Gellius affirmat cap. 4. lib. 9. Ammian. 22. li. Arimaspos iuſtos homines eſſe placiditateq; cognitos affirmat. Philoſtratus. 3. li. in India quoq; Gryphes eſſe, et Soli ſacros ait, magnitudine ac uiribus leonibus pares, graui uolatu, qđ adeo plumati noſint, Elephatorūq; et Draconū uictores. Diuus quoq; Hieronymus in epiftola quadā ad Rusticū monachū, de au reis Indie mōtibus: Quos, inqt, adire propter Gryphos & Dracones, et immēſorū corporū monſtra, impoſſibile eſt.

Elegia Vadi
dianu de Gry
phibus.

g Essedones. Hi Scythiam utranq; incolūt. In Asia iuxta Arrichos & Napæos ſiti, qui in Cimmeriū inciūnant. Quemadmodum & Geloni & Massagetae, alijq; multi: quod fieri potuit uicinitate populorum per paludem cōmean tum, ut in utroq; littore cognomines eſſent. Nam ſedes mutare Scythis nullus labor eſt. Inde illa & nominum & locorum apud illiſtres authores uarietas. A Tanais autem procurſu aduſque oſtia Danubij, loca & gentes Europe Sarmatæ, que in Paludem & Pontum uergit, prius enuemerat Pomponius, mox gentium ſubdit mores. h Buges. Plin. Bugen illic laam uocat. Supra Bugen uero amnes ſunt, Agarus, que Sagari Ouidius nominat, et Lycus, clarissimi. Ptolem. et cæteris. Sauromatæ autē et Sarmatæ una gēs ſunt, Plin. h Agathyrsi. Cœruleo ca

Philoſtratus
Eſſedones
Scythe coſ
gnomines in
Europa &
Asia.

Hamaxobi /
i.e.

Sigismundus
Sarmatice
rex

κρίθ μέτω
πορ.
Cherrone /
sus oppidū.
Cherrone /
sus peninsula

Hylearegio

Boues sine
cornibus.

pillo insignes, Pli. qui cap. 12. lib. 4. de hoc tractu multa. Maro pictos cognominat: ab Agathyrso Herc. filio dictos Herero. li. 4. scribit. Ruf. ex Dion. Præcinctiq; sagis semp pictis Agathyrsi. ^a Hamaxobite. Græcis enim αὐαξα plaustrum dicitur. Ptole. internis haud longe à Borysthene locauit, et Hamaxobios noīat. Crediderim eos esse, quos hodie alibi sitos Poloni Moscouitas vocat corrupto uocabulo: quorū fines, dū hec scribebū, maximus Sarmatæ princeps Sigismundus ingressus, longe lateq; ferro et igne depopulatus est, cū ante maxima clade ad Borysthene multa millia profugaſset. Indignatus ob arcem Schmolenski proditione illis traditā, ad quā recuperādā etiā contēdit. Princeps optimus et uictoriosissimus, nec nisi in pſidiū hostē ſeuus. Non uero ſū nescius in Scythia eſe Moſchos, à qbus Moschici montes dicantur, de quibus alibi mētio facta eſt. ^b Obliqua. Inſpice tab. 8. Europe Ptol. ab Agaro promotorio in Taphras usq; ea curvatura eſt, qua occurrat Cherroneso ſinū facit, quē Coretū Plinius noīat: in eū Buges et Gerriū corriuāt. Ptol. Bicen dicitur, et Flac. li. 6. Quiq; lacū cinxere Bicen, nō aliud itel lexiſſe uideatur. ^c Plaga. Taurice Cherronesi. ^d Satarchæ. Bellicosissimi. Val. Flac. lib. 6. Iaxamata Toriniq; et flavi cri ne Satarchæ. ^e Myrmetio. Meminit omniū Plin. et indicat Ptol. Panticapeū Milesiorū præcipuū eſt, et reliquarū uelut mater, ut Ammianus li. 22. scribit. Ideo Stra. li. 7. Bosphoranorū metropolim cā uocat. Eſt & iuxta Heraclea urbs maxime inſignis Plin. Non præterierim Bosphorū illū. 1500. paſſus latū, inter Panticapeū et Cimmeriū, qđ in Asiatico littore ſitū eſt. Plin. f Taurici. Iuxta quos Tauroscylæ, de q= bus infra. ^g Super eos. In meridiem. ^h καλός λιμήν, hoc eſt bonus portus: ita Græci nominarūt, à re ſcilicet, ut ſolēt frequentiſſime. ⁱ κρίθ μέτωπο, hoc eſt Arietis frontē, qđ late in pelagus promineat, ſaxeia indubie frōte Carambico aduersum: eiusdē nominis aliud in Creta eſt, de quo alibi. ^k Parthenion. Ita quoq; lib. 3. Ptolemaeus noīat, ut alios præterea, à Diana Taurica uirgine dictum. ^l Cherronesus. Duplex illic fuit, antiqua ſciliæt et noua. Pto. quoq; Cherronesū oppidū iuxta Heracleā ſtatuit, cuius lib. 22. magna laude Ammianus meminit. Tota uero peninsula Taurice Cherronesi nomen habet, non à mōtibus Tauricis, ſed TAURO potius aīali, quē aratro ligari, et fulcare terras Osiris hic iſtituerit, ut Raphaél adnotauit, quanquā aliter Hermolaus ſentit cap. 13. lib. 4. Plin. ^m Nymphæo ſpecu. Plin. et Strab. oppidū eſe ſcribunt, utriq; nomē à Nymphis Diana affeclis dari potuit. ⁿ Subit tū. Vide Ptol. ^o Quinq; millia. Hæc anguſtia Isthmū facit. ^p Taphræ. Florus, qui ſub Traiano uixit, oppidū eſſe libr. 1. indicat. Traiani auſpicijs aliquādo captū. ^q Carci. A Carcina. eſt et Carcinitus amnis oppidū preterfluēs Ptol. ^r Gerros. Ptolemaeus à Plinio & Mela diuersus, Gerrum iuxta Lycum ſtatuit, & in ſinum fluere, qui ſupra Tauricam eſt, oſtēdit, quemadmodū & Bugem: illi Carcinitem malunt. Flac. Gerus r ſimplici protulit lib. 5. Gangaridum, potaq; Gerus quos efferat unda. ^s Hypacyris. Carcinitus, ut coniectura eſt, à Ptolemaeo dictus: meminit eius libro 4. Herod. ^t Diuersis fontibus. Plin. Diuerso uenientes trac̄tu. ^u Quas. Regio Hylea dicitur, unde & mare illic Hyleum. Herod. lib. 4. omnem oram iſtam arboribus carere ſcribit, præter Hyleam, cuius excelsiſſime extent: properea Val. Flac. lib. 6. de eo ipſo loco: Densior haud uſquam nec celsior extulit ullos Sylua trabes, fessæq; prius rediere ſagittæ. Arboris ad ſummiū quām peruenere cauamen. Strab. author eſt, in his locis aſinos non eſe, quod hoc animal frigoris impatientiſſimum fit: et alicubi boues eſſe ſine cornibus, quod ea quoque frigora minus tolerent. ^x Panticapes, Plinius: Panticapes, inquit, amnis, qui Nomadas & Georgos diſterminat. Hos terra colendæ, illos rei pecuariae deditos. Sed de his populis infra. ^y Terra. Vide Ptolemaeum. Scribit Plin. lib. 4. in ſulam illic eſſe Achillis cognomina nata, & eius uiri tumulo clarā, à qua. 125. mil. paſſuū inter uallo peninsula illa iacet, forma gladij in transuersu por rectu, ab exercitatione eiusdē cognominata σφόμος ἀχιλλεός, id eſt Achilleus cursus. Quod attinet ad Achillem, Phthius ne ille fuerit, an indigena, nō cōuenit. Nam Eustathius ſuſſe ait, qui regem indigenam crediderint: quod uerum eſſe illa doceat, quod cum Straboni lib. 13. tum alijs ad Siegem Troadis Achillis Pelidae & tumulus fuit & templū. Quanquā ſunt qui Iphigeniam à Diana raptam in hæc loca ſcutū Achillem affirmant. Ut cunq; de Phthio Pomanus intelligit. Id certe eo modo fieri potuit, quo uetus uni Heraui et tribuit, quæ à multis gesta fuerunt.

^a Tum

^a Tum Borysthenes. De Borysthene Plin. Strab. Solinus, sed diligentissime lib. 4. Herodotus, qui pisces illos obibus carentes Antacœos nominat, eorum generis fortasse, quos Danubius alit, obsum loco cartilaginem habentes: quos optimos esu, barbaro hodie vocabulo Husones nominant accolæ Germani. Borysthenes Polonis Neper dicitur, ad cuius ripam nuper maxima uictoria iniustissimus Sarmatiæ rex Sigismundus potitus est in Moschos, seu magis Ha maxobitas: ex quibus captiuos multos, quos Victor ille rex ad Leonem. 10. Pontificem maximum destinauerat, Vicen

Borysthenes
Antacœi.
Husones.
Sigismundus
Poloniæ rex
Hamaxobis
t.e.

longe distenta excedens tenui radice littori adnectitur, post spacioſa modice paulatim se ipsa fastigiat, & quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam: & cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitauisse memoratur: ideo dicta est θρόνος. ^b Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit, inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis alijs, liquidissimus defluit, placidior quam caeteri, portariq; pulcherrimus: alit lætissima pabula, magnisque pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt: longe venit, ignotisque ortus e fontibus, quadranginta dierum iter alueo stringit, tantoque spacio nauigabilis secundū ^c Borysthenida & Olbida Graeca oppida egreditur. ^d Callipidas ^e Hypanis includit, ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolæ appellant, & diu qualis natus est defluit: tandem non longe a mari ex paruo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis & non dulcis hinc defluat. ^f Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasq; de scedit. ^g Hos ab Istricis ^h Tyra separat: surgit i Neu tis, qua exit sui nominis oppidum attingit. ⁱ Atille,

næ uidimus, robore & proceritate maxime insignes, cæterum truci aspectu, religione uero Greca, linguaque Illyricæ non absimili, nam facile hanc intelligebant. Ci bum illi capturi tabellas quasdam deponerunt ad proximum parietem suspenderebat, ante eas tacito mormure cateruatum orantes, & subinde capite adusque genua fleexo, hoc se modo gratias agere Deo imortaliter aiebant. Cumque illa attentius observare me uidissent, cōminus omnia ceu se se ex religione commendaturi essent, ostenderunt. In tabellis imago erat Mariæ uirginis, diui Nicolai, diue Catharinae, in statu scriniolis nescio quid reliquiarū. Eos Maximilianus Imperator, cum ad se perducti essent, nescio qua causa, liberos esse uoluit, donatosque eleganti uestitu ad Dacia regem ea conditione misit, ut patriæ columnes restitueretur. De amine ipso per pulchram quædam habet Marcellinus libro.

22. Illud obiter adnotandum, equum Hadriani agillimum celerrimumque in historijs celebrari, adeò à suo deamatum principe, ut mortuo & sepulchrum fecerit Hadrianus, & columnam erexerit, in scripto Epigrammate, sicut in Hadriano refert Dion. ^b Gentē sui nominis. Borysthenidas. ^c Borysthenida. Clarissima oppida. Olbia autē et Olbis dicitur, meminerūt Plinius et Ptolemaeus: quanquam hic candē esse Olbiā & Borysthenim affirmit lib. 3. Stra

Hypatis;

bonem secutus, qui in eadem est sententia, & Olbiā, id est Beatam dictam scribit libro. 7. Memorabilis est & hæc Antonini Pij contra Tauroscythis missis auxilijs, quibus uictores Olbiani à Tauroscythis obsides extorserunt.

^d Callipidas. Herodo. eosdem Græcoscythas nominat, quod ex Græcis Scythe facti sint. ^e Hypanis. Vitruvius cap. 3. lib. 8. In Ponto, inquit, est flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia. 40. sapore dulcissimo: deinde cum peruenit ad locum, qui est ab ostio ad millia. 160. admiscetur ei fonticulus oppidoquam parvulus. Is cīe in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram. Fonticulum Exampeum Herodo. libro. 4. à loco non minatum ait, in quo oritur. Exampeum autem Scythæ, id est sacræ uiae cognominant. Quo in tractu capacissimum illud abenum spectatum est, cuius inibi meminit idem author. De bestiis Hemerobijs in Hypane nascentibus Plini. II. libro, & prima Tuscul. M. Cicerio. Qui uero Hypanim Borystheni misceri crediderunt, Borysthenis undas cœruleas supernatare affirmarunt: Austro autem flante Hypanis aquas superiores fieri, ut Plinius quinto capite libri trigesimali primi scribit. Quid nō et Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, salibus uiciatur amaris. Est & in India Hypanis Eustathio, & Straboni lib. 15. Ad quē illud Propertij referri poterit: Quantū Hypanis Veneto distat ab Eridano, ob maximā amnium distantiam. Causas autē amaricie aquarū apud Vitruvium lego libro citato. ^f Axiaces. Flunius ingens, & à Barbaris Nester dictus, ex Peucinis iugis, qui Carpatho coheret, Axiaces.

oritur. ^g Hos. Axiaces. ^h Tyra. Hic Istro proximus Mysie partem perlabitur. Ptolemeo et Ammiano Tyras dictus: oppidum uero hic Tyron nominat, libro uigesimo secundo. Phoenicum coloniam, nisi corruptum exemplar est. ⁱ At ille. Ister scilicet, qui terminus est Europeæ Scythie à meridie. Appianus in Proæmio histori. In Europa, inquit, fluvij duo, Rhenus & Ister, potissimum Romanis finem imponunt: quorum quidem Rhenus ad Borealem oceanum, Ister ad Euxinum Pontum influit. Hunc secundum Nilum amnum maximum, qui in mediterraneum per lagus fluunt, Sallustius scripsit, ut capite septimo libri decimi Gellius testatur. Strabo certe libro septimo, omnes

Danubius.

eum Europæ fluvios superare, Herodotus quarto libro fluviorum maximum uocat. Quod ad ortum eius attinet, haud quaquam bene Strabo, qui non longe ab Adriatico ex ijsdem iugis Rhenum & Danubium oriri putauit. Melius Plini. multis cum ultra Alpes (in septentrionem scilicet) nullibus fontes habere assertuit, in iugis montis Arnobe, cuius & Dionysius meminit, ut Rufus: Arnoba mons Istro pater est, cadit Arnobæ hiatu Flumen in Eos autem conuertitur axes, Euxinóque salo prouoluit, ora p æquor Quinq; uomunt amnē. &c. Ammianus libro uigesimo secundo in Scythia Europeæ nomenclatura: Amnis, inquit, Danubius oriens prope Rauracos mores limitibus Rheticis per latiorem orbem protensus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluvios, sepiè ostijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare. &c. Apud Plinium igitur non Taurici Gallæ oppidi, sed Raurici lego: atque ita legit Hermolaus. Huius hodie loco inclytam BASSILIA Messe multorum sententia est. Solinus quoque Rauricos uocauit, testate id ueterum exemplarium fide. Falsissime uero omnium Herodotus, qui libro secundo in Celtis & Pyrenæis iugis Istrum oriri credit. Quod ipsum sensisse cum mirume est mirum, qui Padum ignorauerit, & Turijs tamen in Italia suam illam historiam condidit, anno urbis conditæ trecentimo decimo, ut Plinius capite quarto duodecimi libri scribit. In eadem sententia Aristoteles fuit, ut ex libro eius Meteororum secundo, ubi de fluminum prouentu mentio est, apparet: murum autem quam false Apollonius, qui in Hiperboreis nasci Danubium cecinit. Lege Plin. cap. 12. libr. 4. Philostratum libr. 3. & in Germania situ Tascitum. Mantoam eum aliquando dictum Stephanus est author. Pagus, ad quem oritur, hodie accolarum lingua Tuneschingen nominatur: inde prolapsus diuagatur in palustria, mox in alueum receptus, et subinde allabebibus riuis auctior Vilmam petit, clarissimam Suciæ etate nostra urbem: ibiq; Ilerum accipit clarissimum ex Almangauis amnum, cuius libro Austriados octavo Richardus meus meminit. Et Campidunus Iler deserit Algauios, genus insuperabile bello: quo in loco, sexaginta amnum, qui in Istrum defluunt, nocte simul & (ut barbara sinebant recentia nomina) eleganter. De Histrio sic Lucanus libro secundo: Hister casuros in quælibet æquora fontes Accipit, & Scythicas non solus exit in undas. De Ostiorum numero non conuenit. Plin. sex eum fluminibus in pontum euoluit, tanto impetu & undarum copia, ut prodatur in. 40. nullum passuum longitudine uinci mare, dulcemque intelligi haustum. Tacitus (nisi fallor) sex ostiorum meminit. In qua senectia & Ptolemæus est. At Dionysius, Strabo, Herodotus quinque. Ammianus & Solinus septem: quibus (quod equidem sciam) accedunt Val. Flaccus & Ouidius. Flaccus libr. 4. Non septem geniti memorem, quas exitus Istri, Quas Tanais, flauisque Lices, Hypanisq; Nomascq; Ad dat opes? &c. & lib. 3. Haud procul hinc in gens Scythici ruit exitus Istri, Fundere non uno tantum quem flumina cornu, Accipimus, septem exit aquis, septem ostia pandit. Ouidius libr. tristium. 2. Solus ad egressus missus septem plenis Istri. Statius quoque lib. Thebæ. 5. An te septenus habebit Ister, & undoso circunflua coniuge Peuce? Glacie ragescit quelibet onera sustinente, cuius ingentes orbes excisos in inferiori Pannonia per brumam speibus induit, mox estate frustalim de promunt frigoris pertinacia perdurante. Estq; eius precipuus in frigidandi usus, frustulis etiam in pocula iniectis, ubi caloris uehementia uinum intepuit: sumiq; eiusmodi, ut sum expertus, iucundi magis, quam salubres haustus. Glacies enim potatur, & est insueta præcordijs eo tempore frigiditas. Libet uero penos montium, ut Plinius uerbis utar, in uoluptatem gulæ uertere. Quem more & in Italia fuisse quinto capite. 19. libri indicat Gellius. Lege Ovidii libro de trist. tertio. Virg. 3. Georgi. & in Panegyri ad Traianum Plinium. ut crescat & inundet, Seneca libro quarto nat. questionum per belle scripsit: uerum in hoc molestus, quod medijs cum caloribus augeri negat. Contrarium enim ipse expertus sum, cum hæc ad ripam eius conscriberem, continuo decennio studiorum gratia, in insula Austriadum ciuitate Vienna, que omnium urbium, quas Ister sustinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia clarissima est, alitus.

Danubius est. Supra Cataractas Danubius, infra uero Ister dicitur: sunt autem hæ maxime intra montes Dacorum, Straboni: eos hodie Iazigibus & Transylvanianis finitimos Vualachos nominant, uocabulo Boiemis Sarmatisq; uernaculo, quod inde natum uidetur, nanque ty Vlaſchi Italos uocant, quos ibi confedit ex Pannonicis Sarmaticisq; Romanorum bellis constat: cum ne hodie quidem eorum lingua ab Italica multum sit absonta. Proinde, Bithynicus Dion auhor est, Traianum ponte mirando & memorabili super Danubij rispis extructo, & Decebalo uicto, Daciam iuris & ditionis Romanæ fecisse: qua mox in prouinciam redacta, & urbes conditas ait, & colonos deductos: durauitque is rerum status adusque Aureliani imperium, nec amplius, sicut in Aureliani uita Vopiscus tradit, & meminit in rerum Romanarum Epitome Rufus Sextus. Nihil mirum igitur si superstites P. R. colonos suæ lingue reliquias asseruantem, finitimi Vualachos dixerit, tanquam Italos dicant. Non ignoro Silvium Aeneam in Europe descriptiōne sentire aliter: an uero bene sentiat, candidi lectoris iudicium esto: nam non barbarum solum, sed recentissimum id uocabulum esse historiarum testatur fides. Porro Ouidius libro de Ponto quarto, ubi Flacci meminit, his uerbis: Præfuit his Græcine locis modo Flac-

Herodoti et
Aristotelis
incuria.

Uerus.
Richardus
Bartholinus

Ostia Danu-
bi.

Vienna Aus-
triæ.

Vualachi.

Aeneas
Silvius.
Ouidius.

qui Scythiae populos a sequentibus dirimit apertis in Germania fontibus, alio quā definit nomine exoritur. Nam per immania magnarum gentium diu "Danubius est, deinde aliter appellantibus accolis Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus, ingēs īā, et eorū qui in nostrum mare decidunt tātū Nilo minor, totidem quot ille ostijs, sed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluit. Ingenia cultusq; gētiū differunt.

cui, &

aus, & illo Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit. Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli &c. Mysos enim tenuisse, non Dacos, præsertim transdanubianos indicat. a Essedones. Sumpfit ex Herodoti libro quarto : meminit pluribus Solinus. b Festo coitu familiarium. Frequenti & solenni. c Hæc sunt apud eos. Acclamatio est Melæ familiaris, ut infra: Is, inquit, honos præcipius est. De Agathyrsis ante retulimus. d Majoribus præstant. Stirpis sunt magis famigeratæ. e Ablui nequeant. Admixtis scilicet, quæ firmatatem coloribus præstant, qualia multa sunt. f

'Essedones funera parentum læti, & uictimis, ac ^b festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum uisceribus immixta epulando consumunt. Capita ubi fabre expoliuere, auro cincta propoculis gerunt. Hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusque pingunt, ut quies quæd maioribus præstant, ita magis uel minus, cæterum ijsdem omnes notis, & sic ut ablui nequeant.

Sarmatæ aurí & argentí maximarum f pestium ignari & uice rerum commercia exercent, atque ob saua hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus, ^b specus aut suffossa habitant. Totum braccati corpus, & nisi qua uident etiam ora uestiti. ^k Tauri Iphigeniæ & Orestis aduentu maxime memorati: immanes sunt moribus, immanemq; famam habent, sole uictimis aduenas cædere. ^l Basilidis ab Hercule & Echidna generis principia sunt, mores regij, armamentum sagittæ. Vagi ^m Nomades pecorum pabula sequuntur: atque ut illa pecorum durant, ita diu statim sedem agunt. Colunt ⁿ Georgi, exercentque auros. ^o Axiacæ furari quid sit ignorant: ideoq; nec sua

Essedones. Sumpfit ex Herodoti libro quarto : meminit pluribus Solinus. b Festo coitu familiarium. Frequenti & solenni. c Hæc sunt apud eos.

Acclamatio est Melæ familiaris, ut infra: Is, inquit, honos præcipius est. De Agathyrsis ante retulimus. d

Majoribus præstant. Stirpis sunt magis famigeratæ. e Ablui nequeant. Admixtis scilicet, quæ firmatatem coloribus præstant, qualia multa sunt. f

Pestium. Nullum enim est sceleris genus ad quod auro argenteo nō impellamur, nec quicquam publicæ saluti magis noxiousum, quam quæ hæc sitit auaritia. Vnde per belle Pythius à Lædæmonijs interrogatus, qua re statum reip. amissuri essent?

Auaricia respondit, ut Cæro scribit lib.

de Officijs. 2. Nec inelegans illud est ex captiuis Plaut. Odi ego aurum, multo sepe multis persuasit perperam. g

Vice rerum. Ut hodie quoque, nam mercibus collatis, sequestro faciunt estimatio-

nis copiam: utq; ille pronuntiauerit, ita dicto parent. h

Specus. Ob id & Troglodyte dicti, ut illi Aethiopici: nisi quod

bi estum, illi frigus terrarum defossis aræ solent. Virg. Georg. 3. ipsi in defossis

specubus secura sub alta Ocia agut terra, congestaq; robora, totas Aduoluere focus ulmos igniq; dedere. Natura quoque Sar-

maticis animalibus cum magnitudine pro-

uidit, tum etiam tegmine. Forte pelle ur-

sinam dum hec commentabar, Viennæ uia-

di ex Lituania allata, longitudinis cubito-

rum quinq; latitudinis tantæ, ut quodlibet

uel bouis tergus uinceret: que Cesari Ma-

ximiliiano, ium in thermis Badensibus la-

uanti oblata, summe admirationi fuit. i

Auaritia.

Sarmatarum abstinentia.

Troglodyte.

Pellis ursina quinq; cubito rum.

Bracæ que?

Rhenones qui

Thoas.

Echidna:

Georgi.

Furari ubi cō-

cessum.

Gellius,

Bracæ. Per Bracæ Diodorus libro sexto uestes hirsutas ad septentrionem sitis usurpatas intelligit. Ouidius libro de trist. 3. Pellibus hirsutis arcent mala frigora Bracæ, Oraq; de toto corpore sola patent. Luca. libro primo de Vangionibus: Et qui te laxis imitatur Sarmata Braccis. Virg. lib. Geor. tertio. Gens effrena uirum Rhipheo tunditur Euro. Et peadum fulvis uelantur corpora setis. Vbi Seruius. Rhenones, id est uestes de pellibus, intelligit. Seneca libro 14. Epist. & lib. 2. Iustin. ostendunt Scythes ferè frigoris arændi causa uulpium & muriū pellibus uestiri solere. Nobis hodie quoque omnis inde pellium copia est. A Braccis Braccarij dicti, braccarum artifices, Lampridio in uita Seueri. k

Tauri. De Orestis in Tauricam aduentu multa Ouid. lib. trist. 4. Immanis autem Thoas. sacrificij Thoas rex author fuit, hinc Diana ipsa Thoantea dicta Silio lib. 4. Sacra Thoantea ritusq; imitata Diane. eius frequens mentio est apud Luca. Eusebium, Cic. Solin. Lactantium. Nec uero Scythis tantum hic sacrificandi ritus, sed & Gallis & Italib olim frequens fuit. Ne Heliogabalo quidem omnium Tyrannorum molissimo & effemini natissimo obstinente, quo minus humanas hostias nobilibus pueris lectis cederet. Quod ad Tauros attinet, sribit libro quarto Herod. Tauros, omnes naufragos Iphigeniæ immolare solere, & precibus peractis hominis caput clausa ferire: corpus truncum è ripa deturbare, caput cruci suffigere. Captis uero bello caput amputant, referre q; domum, & suffixum fuste, in testi sublimia statuere, plerūq; autem supra furnariū erigere: ideo id agentes, quod hos totius domus custodes esse sibi persuadent. l

Basilidis ab Hercule. Nomen à moribus sortitus. Echidna Plato meminit in Euthydemo, ubi Socrates Herculem cum hydra Sophistica pugnasse ait, ob sapientiam, pro uno uero seruonis capite amputato multa repullulasse. At de alia indubie Pomponius, ex qua prolem suscepit Hercules intelligit. m

Nomades. Harū gentium nomina propè abolita, communi nomenclatura, Ruihenorum alborum, Moschorum, & Tartarorum comprehenduntur, in quos magna parte, Poloniæ principum imperium est: reliqua Moschus, supraq; eum princeps potentissimus, quem ipsi Zarr nominant, longe lateq; gubernat. n

Georgi. Græci γεωργοὶ agricolam nominant. Constat Tauricam quoque Cherronesum Georgiam cognominatam, propriæ me-

morabilem in ea frumenti copiam, Straboni. o Axiacæ. Ab omni prorsus rei alienæ usu uacantes. E regione Furari ubi cō-

cessum. apud Aegyptios furta liata & permitta fuerunt, apud Lædæmonios cum omni studio affectata, ut libro undeamo

Gellius, & libro 3. Crinitus scribunt: quod ipsum Persarum quibusdam olim licuisse Cœlius adnotauit lib. antiquarum lecti. 10. capite uero primo. a Interius. Lege omnia hec apud Herod. lib. 4. b Ne fœdera quidē. Peculiaris Scythicis more. Tacitus libro 12. de Hiberis & Armenis regibus scribens: Mos est regibus, inquit, quoties in societatem coeant, implicare dextras, pollicesq; inter se vincere, nodoq; perstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos suffuderit, leui ictu cruentem eliciunt, atq; inuicem lambunt: id fœdus arcum habetur, quasi mutuo cruento sacramentum. c Exemptū q; sanguinem. Herod. addit, Actinacem, sagittas, securim, & iaculum eos sanguine imbuere: quo factō, multis uerbis se deuuent, unumq; suo mixtum sanguine epoant. d Geloni. Idem & Solin.

e Corporis, scilicet cute, nā se pelle Craneum ambiente uestunt. f

Neuris. Budinis hi proximi sunt, coacti aliquando ob serpentum ingruentem copiam sedes relinquere, ut Herod. ait. Eu- stathius Dionysij interpres, incantatores eos esse prohibet, qui in lupos se se, ut libuerit, conuertant. Quod ipsum quandā in Arcadia gentem potuisse Plin. scribit lib. 8. & ex M. Varrone cap. 17. li. de ci. Dei. 18. Aug. retulit, ut eam ob rem Panis Lycae illic datum cognomen, quod ex hominibus lupi fuerint, creditum sit. Hermol. nominandi casu Neuroë scribit non Neuri, Græcam secutus uocula rationē. Ouid. de quadā Thraciae ad Pallene palude similia refert lib. Met. ult. An uero id euenire possit queritur. Aug. lib. de ciu. Dei. 18. ca. 18. Nos, aequit, cū essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarū partium, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solere dicebāt, quibus uellent seu possent uiatoribus, unde in iumenta illico uerterentur, et necessaria quæq; portaret: postq; perfunctā operam iterum ad se redirent, nec tamē in eis mentem fieri bestiale, sed rationalem humanamq; seruari: sicut Apuleius in libris, quos asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto ueneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Hec uel falsa sunt, uel tam inuisitata, ut merito non credantur. Hec Augustin. Cuius illa potissimum sententia est: Mutare quidem in bestias honines posse, non re ipsa, sed phantasticis quibusdam prestigijs, sensibus uidelicet nostris illudentibus, talem effigiem prestare: Nisi Deus, penes quem incomprehensa est formarum potestas, aliam uim creature, aut angelice, aut humanæ, qua id reuera fiat, qd uidetur, indiderit. Et profecto ne naturalis quidē Magia illā uim esse credi par est, ut quēadmodū rerū species inuicem mutari creduntur, ita ex homine quois modo brutum fiat. Herod. lib. 4. negat hoc sibi persuaderi posse, quod de ista Metamorphosi dicitant. Et Plin. Mirum est, inquit, quam procedat Greca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat. Mares autem in foeminas mutari, & ē regione, ut minime fabulosum idem author affirmat. Lege cum cap. 4. lib. 7. & lib. 9. Gellium. Ouid. lib. Met. 4. Tale quid de Scylhone fabulose narrat. g Mars. Simulacra, aras, & delubra nulli Deo putant statuenda preterquam Marti, ut Herod. scribit. h Lignorum egentes. Herod. quoque Scythicum tractum ferè lignorum inopem esse asserit, præter Hylæam, cuius paulo ante meminimus.

custodiunt, nec aliena contingunt. a Interius habitantium ritus asperior, & incultior regio est. Bella cædesq; amant, mosq; est bellatisbus cruentem eius, quē primum interemerunt, ipsis e vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Cæterum expertem esse cædis, inter opprobria uel maximum est. b Ne fœdera quidem incruenta sunt, sauciant se, qui paciscuntur, c exemptumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant: id putant māsuræ fidei pignus certissimū. Inter epulas, quot quisq; interficerit, referre lœtissima & frequetissima mētio, binisq; poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur. Is honos præcipuus est. Pocula ut Es, sedones parentū, ita inimicissimorū capitibus exposciunt. Apud Anthropophagos ipsæ etiā epulæ usciribus humanis apparātur. d Geloni hostium cutibus equos, seq; uelāt: illos reliqui corporis, se capitū. Melanchlænis atra uestis, & ex ea nomen. f Neuris statim singulis tēpus est, quo si uelit in lupos, iterūq; in eos qui fuere mutetur. g Mars oīm Deus, ei pro simulacris enses & tentoria dedicant, hominesq; pro uicti mis feriunt. Terræ late patent, & ob excedētia ripas suas plerūq; flumina, nusquā non ad pabula fertiles. Alicubi usq; adeo steriles ad cætera, ut qui habitant, h lignorū egētes, ignes ossibus alant.

THRACIA.

Is Thracia proxima est, eaque a



Notā. f vlti, in quorum numero & Pomponius est, totam eam regionem, quæ trans Danubium à Savi confluenter adusq; Dalmatarum Macedonumq; montana procurrit, Thracie nomine comprehendunt. Ptolemaeus, cui cum Plinio conuenit, trans Istrum totam superiorem Myssiam, inferioris autem partem prius, mox eam, quæ proprie Thracia est, ab his sciunctam reddidit. Myssia autem inferior, quam pleriq; omnes hodie Bulgariam nominari uolunt, iusta parte trans Danubium in Scythiam extendit.

THRACIA.

Mares in foeminas, & ē regione

Thracie limites.



vlti, in quorum numero & Pomponius est, totam eam regionem, quæ trans Danubium à Savi confluenter adusq; Dalmatarum Macedonumq; montana procurrit, Thracie nomine comprehendunt. Ptolemaeus, cui cum Plinio conuenit, trans Istrum totam superiorem Myssiam, inferioris autem partem prius, mox eam, quæ proprie Thracia est, ab his sciunctam reddidit. Myssia autem inferior, quam pleriq; omnes hodie Bulgariam nominari uolunt, iusta parte trans Danubium in Scythiam extendit.

tenditur: Minor tots citra est, & Boſſnae, ut uolunt, nomen habet: Vtraque hodie Turce paret, ut eius continentis re liqua quoque. Inſpice tab. 9. Europe Ptol. & quo excursu haec iaceant terræ, quasq; finitimas habeant, duæ picturae discito. Cassum enim est & fruolum omne illiusmodi studium, si picturam neglexeris. **a** Pontici lateris fronte. **b** Istro. A septentrione. **c** Pelagoq; Euxino & Pro ponte ab ortu, Aegeo à meridie. **d** Mari propior. Nam quæ maritima sunt loca, fertiliora ob radiorum ex undis reflexionem fieri solent, maxime si alioqui frigidi sint cœli. **e** Malaga. Reddit enim inuita frugem.

f Vitem. Quæ terram etiam siccâ & arenosam amplectitur. **g** Friggora. Hiberna: nam & transalpina uinta persæpe exurit Aquilo. **h** Ferociam. Ideo Thraces inter ualidissimas Europæ gentes numerat: nam ad arma magis quam quem alium mollioris uitæ usum resuntur: eam ob rem Poëtae uetus, inter quos Euripides est, Thraciam Martis domicilium appellarunt, & Strimonii Martem ipsum, ab amne eius terre. Herodo. quoq; Thracum Martem pulchrum nominat: Nam unice aliquando ab ipsis cultus est, adeò ut cum intonuit, aut fulgurauit, sagittis in cœlum missis, tui minitati sint, cum nulli alij diuinos honores, nisi Marti suo tribui uellent, authore lib. 4. Hero.

Thracia Martis domicilium

i Paucos amnes. Pro regionis magnitudine. **k** Hebrum. In quem Orphei caput proiectum, cum Cicones cum confecissent. Quid. lib. 11. transfor. Membra iacent diuersa locis, caput Hebre, lyraq; Excipis. &c. Nestus ut Diomedis stabulis famus est, ita Democriti patria, quæ preterfluit, clarus. De Strimone alibi referemus. **l** Hemon. situm ex Ptolemaio. Hæmus.

meo discessi: notissimi uero illi non tam Orphei fato, de quo libro undecimo transfor. Ouid. quam altitudine sua, frigorisq; & Boreæ ingenti in eis impetu. Polybius author est, ut scribit Strabo. Hænum adeò esse altum, ut utrung; ex eo mare Aegeum & Ionium spectetur: quanquam falsum Strabo putat. Lege Liuum libro decimo, Decados quarte, ubi de Philippo, qui Hænum eius rei per noscendæ gratia ascendit: ab Hemo accolæ Hæmimontani dicti in Latina historia.

m Initiantæ. Sacra illa instituente: fertur enim Bacchanalium in Thracia fuisse author. & sui ipsius interitus præbuisse causam. Alij ob contempta illa sacrificia disceptum à Sithonijs putarunt, ad quod illa Maronis accedunt, quæ Georgicon quarto pro Galli Encomio, scripta reliquit. **n** Altitudinis. Sex nullibus passuum in altum assurgit, Plinio. Rhodope nomen habet à Strimonis filia eius nominis, ex qua Neptunus Atho Gigantem genuit, unde & monti iuxta nomen. **o** Vna gens. De Thracum moribus multa in eandem sententiam Herodotus libro .4. & .5. multa ex utroq; Solinus, nouissime uero Rhodiginus Cœlius libro. 10. cap. 22. **p**

Ad mortem. Quales Druidæ in Gallia olim, de quibus tertio libro. **q** Getæ. Strab. libro septimo scribit, Græcis eos Getas dictos, qui utrung; Istri latus incolunt: sicut & Mysti, qui utriq; Thraces crediti sunt, à quibus Mysti illi Asiatici originem habuere. Constat sane Getas Gothos dictos, & cum Alanis proxime in uera illa Thraciæ inclinasse: nam & Ostrogothos Peucinii finitimos fuisse notissimum est. De illis in Caracalla Spartanus. Adde, inquit, si plaus, Geticus maximus, quod Getam occiderat fratrem, & Goths Getæ dicentur: quos ille dum ad orientem transit, tumultuarijs prælijs devicerat. Sed aptior est propositæ rei hic Capitolini ex Maximino loqua. Et in Thraciæ uico, inquit, ubi genitus fuerat, possessiones comparauit, ac semper cum Gothis commercia exercuit: amatus est autem unius à Getis, quasi eorum ciuis, Alanis qui utriq; ad ripam uenerunt, amicum eum donis uicissim recurrerib; approbabat. Non me latet alibi quoq; Getas habitasse: at Pomp. de Ponticis intelligit.

Rhodope

teponendam, aut nihil saltè timendam esse sibi persuaserunt. Ob id Getæ, ceteris se Thracibus Dario dedentibus, fortissime resistierunt. Xamolxim ut numen uenerati sunt, adq; cum hoc pacto nuncium misserunt, tribus tria tacula arrebus sustinentibus: alijs eum, quem missuri sunt, manibus pedibusq; deprehensis, in sublime cieciunt: quod si iaculis affixus moritur, Deum sibi propicium esse prædicant: si uiuat, ut hirum malum, Deoq; indignum insimulare. Quis uero

Getæ xamolxim uenerati.

Xamolxis

Xamolxis fuerit, atq; unde sibi illa ueneratio, Herodotus scribit in. 4. & lectu digna lib. 7. Strabo. **a** Mea lius esse. Multi enim extiterunt, qui non nasci optimum censem, ut libro septimo Plinius scribit. Ferunt Silenum à Midas rege captum, id ei muneris pro sua missione dedisse. Docui te regem, non nasci longe optimum esse: proximum autem quam primum mori. Lege Ciceronem in Tusculana prima. **b** Itaque lugentur. A Drausis id fieri scribit Herodotus libro quinto. Ad eadum puerum sedentes plorant, & quascunq; necesse sit illi, qui uitam ingressus est, perpetui humanas calamitates recēsent.

Fato functos magna lētia terra deman-
dant, referentes à quo quantisq; malis lis-
beratus sit. lege Solinum. **c** Festa.

Hilaritatis & lucis plena. Atque utinam
hic saltem mos Christianis nobis receptus
foret, quibus aliis uite indubitate est pate-
facta ueritas. Nam quid illae pompe fune-
bres sibi uelint, haud sanè uideo: id dubito
luci ne magis an salutis gratia, tot expē-
sis, quas nemo pauper Christianus presta-
re posse, indulgeatur? Præterea tot funa-
lia, tot pulle uestes, & ille mœror omni-
bus tristia illecebris ex cōsanguineis, a-
amicis, uicinis tortus, quid prodejet? Laudo
humanitatem, laudo commiserationem, at
modeste admissam: ne fato, hoc est Diuinæ
uoluntati inuidere iusticie tenorem uidea-
mur. Cyprianus martyr in sermone quem
ad fratres de immortalitate habuit, scribit
sibi reuelatum esse, ut assidue & publicè
predicaret, fratres nostros de seculo libe-
ratos non esse lugendos, cum non amittā-
tur, sed premitantur. Nec accipendas esse
hic atras uestes, quando illi ibi indumenta
alba iam sumperserint: ne iuste irrisio[n]is oc-
casione[n] Gentilibus demus, cum iustos in
cōspectu Dei uicturos fide credimus, mor-
tuos autē perditū sint, & optimo priuati bo-
no, lugeamus. Quod dum sit, fidem quidē
nostram sermone & uoce depromimus,

cordis autem & pectoris testimonio non probamus. Hæc ferè diuus Cyprianus, ex Paulo credo usque electionis des-
prompta. Capite enīm quarto prioris ad Theſſalonicenses, fratres monet, ne de his qui dormiunt, doleant more Gen-
tilium, qui ſpe carent. Nilus autem martyr. Mortuum, inquit, ne luge: communis etenim est uia, & beatus qui pree-
cessit. Nam pluribus, quam ut breviter indicari poſſit, mortuos non esse lugendos docet Homelia septuagesima diuus
Chrysostomus. **d** Ne fœminis. Lege Solinum. **e** Votum. Desyderium. **f** Moribus. Ita ut que pu-
dicitia insignis fuerit, marito commoriatur. **g** Aliæ. Coniuges, nam uni plures sunt. **h** Efferunt. Pro-
prium id in hoc sensu uerbum est. Plinius libro septimo: Ritu naturæ hominem gigni mos est, pedibus efferri.

i At quibus. Qui, inquit, superfti: es coniuges consolari uult, armis opibusq; ad rogam collatis, copiam sibi
fieri undecunq; desyderat: ut uel pacto, datis opibus, uel duello sumptis armis, fatum commutare licet: in loco uide-
licet ubi nec opes, nec arma planè locum habent. Id mœrentibus fœmellis in primis dolorem mitigat. **k** Detur
in manus. Si liberum sit. **l** Manent. sperant, expectant, ut Seruius exponit apud Virgilium. Te quoque magna
manent regnis penetralia nostris. **m** Proci. Quod recentes nuptias aut simulant, ut dolor abeat, aut reuera
ambiendo apparant. Cur autem dolent? An quod unā mori nō licuit? An reuera quod maritum in uita amarint? quod
prioribus, que festum funus illis esse afferunt, non repugnat. De Getis enim est locutus, & fœminis alioqui nimis
uehementer amantibus, pro sexus imbecillitate, dolere, si quod amarunt, amiserint, maxime genuinum est. Nam &
uiros is affectus occupat: Antoninus enim Pius imperator (ut in eius uita Capitolinus scribit) cum Marcum philoso-
phum suæſſorem postea ſuum, aulici à dolore, quem recenti obitu educatoris ſui conœperat, auocarent, palam dixit:
Permitte illi ut homo fit: neq; enim uel philosophia, uel imperium tollit affectus. **n** Nupturæ. Si forma inſi-
gnes ſunt, uenduntur: ſi deformes, locantur, dote ſcilicet illi qui ad ducendam eam rogatur, expensa. idem Herod.
& Solinus ſcribunt. **o** Veneunt. Venduntur. **p** Semina ingesta. Que nam illa ſint queritur. Plutarchus
in quæſtionibus auhor est, hederæ ſuffitum in Venerem trahere, & ebrietatem abſq; uino inducere, furoremq; effi-
cere animi.

Nō nasci op-
timū

Drausis.

Li funebrem
luxū et luctū

Diuus Cy-
prianus.

Pulchrū An-
tonini dictū

cere animi. Dioscorides quoque libro de medica materia secundo. Hederæ nigræ suorum, & corymbos potos mentem cōturbare solere tradit. Hāc & seminibus uim inesse quis neget? At in aperto est, pharmaca esse, quæ stupore, que uesaniam, quæ somnum altissimum, & si citra modum applicentur, mortem ex frigore afferant. Pari ratione sunt, quæ porta uoratāue, aut olfacta, spiritus iuuare ipsumq; exhilarare animum queunt. Postremo fumos ē se minibus suscitari igne posse, quibus caput uini modo tentetur, quo modo de salice tradit Plinius: eoq; pacto hilaritatem etiam ē re noxia suscitari, cum omnis ebrietas naturæ uim inferat. Tradit Herod. insigne esse si notis apud eos foeminae in fronte puncta sint: contrarium autem ignobile. Item ociosum esse pro honestissimo haberī, agricolam pro contemptissimo: pulcherrimum uerò esse omnium, ē rapto iuuere. Mirum autem & illud est, Thraces filios suos erudire Musica solitos ad annos usque 30. ut animi assueti durō cœlo, & frigoribus rigidū aliquantum per eam lenirentur, cultioresq; mores fierent. Polybius est author.

^a Istro proxima est^a Istropolis, deinde a Mile, sijs deducta^b Galatis & Tritonice, & portus Caria, & Tiris tris promontorium, quod præteruectos alter Ponti angulus accipit aduersus Phasiaco, & nisi amplior foret, similis fuit. Hic Bize motu terræ intercidit. Est portus^c Crunos, urbes Dionysiopolis, Odesbos, Messembria, Anchialos, & intimo in sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, magna^d Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod Thinniam uocant, exit, & incuruis contra se littoribus obtenditur: urbemque sustinet Halmydesson & Phileas & Phinopolis. Hactenus Pontus, deinde est Bosphorus & Propontis. In Bosphoro Byzantium. In propontis de Selymbria, Perinthus, Bathynis: amnesque qui interfluunt, Erginus & Atyras. Tum^b Rheso regnata quondam pars Thraciæ, &ⁱ Byzanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypsellæ. Post locus, quem

Thraciæ musici
et studiosi.

Tomos.

Tortellij incis
ria.
Cruni.

Apollonia.

Byzantium;

Byzantii.

quo me coutulit ira Dei. Cur autem Tomos dictum sit, eodem libro his uersibus exponit. Inde Tomos locus est dictus, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui, nam τομή Græci incisionem dicunt. Absyrtus autem ille fuit Medæ crudelitate sectus, ut idem 3. trist. scribit. Miror autem Tortellum Grammaticum alioqui minime proletarium, dicere potuisse ad Phasidis ostium Tomon situm, cum ipse Ouidius serie locorum per Thracum littus diligentissime seruata, trans Messembriæ, et Odesson locet. De Tiris tri Ptol. de Bize etiam libro secundo Plinius.

^c Crunos. Plinius undecimo capite libri quarti. Dionysiopolis, inquit, ante Crunos. Portus autem à salientibus aquis nomen habet, qui græce Cruni appellantur, Hermol. Loca reliqua notissima sunt ex Ouid. trist. & Illyrico Appiani, ut omittam ceteros. ^d Apollonia. Hec ex qua Lucullus Colossum extulit Apollinis, Calamidis opus & in Capitolio Romæ statuit, ut Strabo libro septimo, & alicubi Appianus, Plin. & Solin. authores sunt, etiam si alicubi ex insula Apolloniatarum allatum innuit Plinius, quod imitatus Solin. oppidi continetis non meminit. De Messembria non præteriorim, Menembriam aliquando dictam à Mena conditore, nam Bria Thracum lingua ciuitas dicitur, Strabo libro septimo. ^e Recta. Non dixit æqua, nam aliquot sinibus curuatur, sed quod recto continentis tractu in Bosphorum tēditur. Vide Ptol. cui cum Pomp. in sequentium locorum serie cum primis conuenit. Notandum uerò à Messembria eius Thracie initium esse, quæ proprie Thracia dicitur. ^f Byzantium. A Pausania Spartano condita, ut Iusti. libro quarto. Eustathius à Byze Megarenium classis præfecto: liberæ olim conditionis, & Ligos ante dicta Plin. hodie à Constantino magno Constantinopolis, & antea quoque noua Ro. mox temporibus Seueri, & filij sui Antonij, Antonia uocitata. Expugnata à Manumehe Turca, Anno salutis nostræ 1453. magna Christianæ pietatis iactura: proximis uerò annis ingenti terræmotu concussa multis in locis corruit. Meminuit situs, originis, & potentiae veteris Cornelius Tacitus libro duodecimo.

^g Selymbria. Per. B. Clarissime in hoc littore, Ptolemaeo, ceteris: quanquam Bathynum flumum Ptolemaeus facit, iuxta quem eiusdem nominis (ut frequenter) oppidum esse potuit. Perinthus clara Amphitheatro solidi marmoris, quod inter orbis miracula spectatum est. Ammianus libro uigesimo secundo. Herculem ait eam conditam comitis sui memorie dedicasse. De Perintho Dio- do. libro decimo sexto in amnibus quoque non conuenit, nam eosdem diuersis nominibus appellari Pomponio & Ptolemaeo, non obscurum est. In bius oræ recessu arx est Byzia regum Thraciæ, hirundinibus ob Terei nefandū crimē iniusa: non quod illuc facinus patratum sit, in Daulide enim oppido Phocidis contigit, sed quod ea Terei patria fuerit, testibus Thucyti. & Pausania. ^h Rheso. Qui Troianis contra Argiuos auxiliatus est, equis optimis & alerrimis usus, cum ab Ulyssse & Diomede occisum Homerus scribit libro Iliad. decimo, commemunxit Virg. Aeneid. primo. ⁱ Byzanthe. Ptol. Bisaltam nominat. At alios Bisaltos esse constat, trans Strimonem libere con-

ditionis

ditionis in Macedonia, Plinio, apud quos lepores sunt dupli iecinore insignes. Gel. capite. 15. libri decimi sexti. Cypsellam, Strabo libro septimo Cypselū, Plin. Cypsellā nominat. ^a μακρόπτερον. Hoc est longum murum. Plinius libro quarto oppidum facit, dictum quod à Propontide ad finum Meleum inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit Cherronesum, hunc à Milciade extructum Herod. testis est. Pari studio principes Romani multis retro seculis cultiorem Britanniae partem contra Barbarorum, qui interiora habitarent, eruptions muro producto cinxere, ut Hadrianus. 80. millia passuum longum murum fecit, auctore Spartiano; qui idem de Seuero: Britanniam inquit, quod maximum Imperij eius deus est, muro per transuersam insulam ducto utrinque ad finem Oceani muniuit. Quae de re Britanniæ indeptus est nomen.

Lysimachus

^b Lysimachia. A Lysimacho Macedone conditore dicta: qui, ut Iustin. lib. 15. author est, uirtute & amore literarum illustris fuit. Nam Callisthenem philosophum, quem Alexander mutilatum cum cane in caueam concluserat, de uirtute sepe disputate libentissime audiuit, adeoque dilexit, ut hominis misertus, uenenum in remedium calamitatis dederit. Id Alexander cum recessisset, leoni obiici Lysimachum iussit. Cumq; ad aspectum eius leo impetum fecisset, manum manipulo inuolutam Lysimachus in os Leonis immisit, arreptaq; lingua feram examinavit. Quod cum nuntiatur regi esset, admiratio cessit in satisfactionem: Nam chariorem cum deinceps ob constantiam tantæ uirtutis habuit. ^c

Terra. Dissegitum ex Ptol.

^d Hic. Iuxta Lysimachiā, ubi à continente, angusto porrigitur Isthmo in Hellespōtum. ^e Mastusia. Promontorii, Solino. Plin. lib. 4. Dein, inquit, promontorii Cherronesi Mastusia, aduersum Sigeo: in cuius frōte obliqua, Cynoßema, ita appellatur Hecuba tumulus, Statio Acheorū turris, & delubrum Protesilai, & in extrema Cherronesi fronte, quæ uocatur Acoliū, oppidū Eleus. In eandē sententia & Strabo. Nec ignoro eius nominis promō. & opp. in Troade fuisse. ^f Cherronesus. Græcis χερνης terra, νῆσος autē insula dicitur, Cherronesus igitur peninsula est. Scribitur hæc dictio nonunquam r̄litera geminata. Quatuor insignes paſsim Cherronesi memorantur, Taurica ſalīat, in Euxino & Maeotide, Thracia hec, de qua in præsentia fit mentio, Aurea tercia ſupra Gangē in ortū, iuxta ſinū qui magnus dicitur Ptol. & Cymbrica ſeptētrionalis, quæ Daciā habet, quā Daniā Saxo Grammaticus uocat, Germani hodie Denmarck. Pelopōnesus uero maior celebriorq; eſt, quā ut Cherronesi nomen admittat: quāquā & ipsā nominis etymo fretus Cherronesū Strab. nominat, & minoris Asiae in noſtrum mare procurſus Cherronesus dictus aucthoribus nō proletarijs. ^g Aegos. Marcl. 22. Cherronesum, inquit, pulsat Aegos Potamos, in quo loco lapides casuros ex coelo prædixit Anaxagoras. Quod ipsum & Plin. cap. 60. lib. 2. adnotauit, illic autē clasē Atticā fregit Lisander Laedemonius, Athenis poſtea ſemidirutis, & trīginta Tyrānis impositis, ut Plutar. in eius uita eſt aucthor. Meminit & Iustin. lib. 5. ^h Est & regio. Xerxes in Græcam iturus, angustiā Hellespōti, iunctis nauibus ita opplicuit, ut maria ante nauigata pediti peruvia eſſent, in auditō ſuore, quod tamē Persarū potētia fuerit aua: meminere lib. 2. Iustin. Cicer. lib. de finib. 2. et alicubi Iuuinalis, Lucanus, Solinus, Plutarchus, Martianus Capel. lib. 6. Ceteri nō ſucurrūt: niſi quis illa Lucretij de Xerſe carmina ex li. eius. 3. manuit: Ille quoque ipſe uiam qui quondam per mare magnū Strauit, iterq; dedit legionibus ire per altū, Ac pedibus ſalfas docuit ſuperare lacunas, Et cōtēpſit equis in ſultans murmura Ponti, &c. ⁱ Protesilai. Meminit Thucydides. 8. lib. Theſſalus ille fuit ex phylace & Laodomiæ Acasti filiæ coniunx. Ouid. ^k Cœlos. Meminit Plin. Thucydides. 8. lib. pugnam naualem iuxta Abydum Atheniensibus cū Syracusanis & Laedemonijs fuisse ſcribit, Thrasyllo uidelicet & Thrasybulo ducibus, inſigni parta uictoria. De hac Melā intelligere crediderim. Sunt qui ad Alcibiadē referre malint, quæ Laedemonios uicisse, octoginta nauibus amissis, & prop̄ oībus corū ducibus cœſis, Plutarchus & Iustinus ſcribunt. Ad hunc quoq; portū Milciadis & Historia Thucydidis moſtrari tumulos Amianus ait. ^l κυνόσχημα Thucyd. 8. lib. Sinistrū, inquit, cornu iā promotoriū exæſſerat, quod uocat canis ſepulchrū, ita Valla interpretatus eſt. Græcis οὐμα ſepulchrū ſignificat. Meminit Ouid. lib. transfor. 13. Locus extat & ex re nomē habet. ^m Humili. Quid enim abiectius ſit tumulo canis, cui nō niſi ſordidiſſimis in locis licet cōtabefare? ⁿ Macidos. Haud dubie illa quā Madi Ptolemeus noīat, de genere fortaffe uocabulo. ^o Eleus. Eleus.

Grai ^a μακρόπτερον appellant, & in radice magnæ peninsulæ ſedes ^b Lysimachia. Terra, quæ ſequitur, nusquam lata, atquedhīc arctissima inter Hellespontum Aegeūque procurrit: angustias Isthmon, frontem eius ^c Mastusiam totam Cherronesum appellat. Ob multa memorabilis eſt. In ea flumen ^d Aegos naufragio classis Atticæ inſigne. Eſt & Abydo obiacēs ſeffos, Leandri amore pernobilis. ^e Eſt & regio, in qua Persarū exercitus, diuīſas ſpacio pelagoq; terras, auſsus pontibus iungere mirum atque ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes, & non nauigata maria transgressus eſt. Sunt Protesilai ossa conſecrata delubro. Eſt & portus ^f Cœlos, Atheniensibus & Laedemonijs naualī acie decernentibus Laconicæ clasſis signatus excidio. Eſt ^g κυνόσχημα tumulus Hecubæ, ſiue ex figura canis, in quam conuerta traditur: ſiue ex fortuna, in quam deciderat, ^h humili nomine accepto: eſt ⁱ Macidos, eſt ^j Eleus, quæ finit Hellespō

Mastusia

Quatuor in ſignes Cherronesi.

Xerxes.

Lucretius.

Cynoßema.

Eleus.

Eleuseleuntis dicitur, ut Mius, Trapezus &c. Thucyd.lib.8. Peloponenses subeuntes Chersonesum nauigarunt in Eleuentem. Meminit eius lib.7. Herodotus, ab ea Eleuntij dicti. Thucydi, eodem lib. Nam ceteras Eleuntij concrema-
rant. De Aegeo supra diximus. ^a Hinc. Ab Eleunte. ^b Sunium. Quod in extima est acie Helladis, ^{sus} Sunium
pra Athenas & Marathonem. Vide tab.10. Europe apud Ptol. ^c Alterum Chersonesi latus. Occiduum.
^d Iugo. Litoris iugi forma declivi cursu expansi: quo fit ut uallis faciem sinus, si littus respicis, habeat.

^e Melas. Plinius & Strabo lib.7.

Melanen, Ptol. Melanum nominat. Liuius libro belli Macedonici. 8. Profectus est,

inquit, à Lysimachia die, ad amnem Mela-
na quem uocant. ^f Alopeconesum

Alopecone,
sus.

Plin. non continentis oppidum, sed insu-
lam facit. ap. 12. lib. 4. Alopeconesus, in-
quit, haud procul à caelo Cherronensti por-
tu &c. Ad quod & nominis accedit ety-
mus: nam ἀλόπεκη Græcis uulpes, vix (ut ante diximus) insula. Sed nil repugnat
insulam & continentis oppidum fuisse,
ut de Arado supra retulimus. Stephanus

oppidum è uulpium catulis ibi repertis no-

men obtinuisse scribit. ^g Cardiam.

In eo isthmo duæ insignes urbes sūt, Car-
dia Aegei littoris, et Propontiaci, Pactias
de quibus diligentissime, ut solet, apud
Plin. Hermolaus: meminit urbium quoque
libro. 6. Herod. ^h Aenos. Plin. opa-
pidum Aenos liberum cum Polydori tumu-
lo. De ipso Aeneas apud Virg. lib. 3. feror
huc & littore curuo Moenia prima loco.
Lege ibidem Seruum. Strab. ab Aeno flu-
vio, qui eam abluit, dici manuit, aut certe
ab Aeno Gynei fratre. ⁱ Hebrus.

aliam enim ratio tantam multitudinem numerandi non suppeditabat. Id quod pluribus libro. 7. Herodotus prosequi-
tur. ^l Serrium. Plinius montem, non promontorium nominat, quanquam illa non admodum inter se pugnat.

De Orpheo ut cœcinerit, ut arbores, saxa, feras, flumina illexerit sono, nemo nescit: meminit Herod. libro septimo.

Ouidius lib. 11. transfor. Horatius. Ode. 12. primi Carmi. Zone ex Plin. Sirab. Hero. notissimum est. ^m Regio

ulterior. Capella lib. 6. Mox regio Maronea, & Tynda oppidum, in quo equi Diomedis stabulati. Etiam si corru-
pi codices Tyrida habent. Fabulæ meminere Seneca in Hercule furente. Hercules apud Ouid.

Quid cum Thracis equos humano sanguine pingues, Plenaq; corporibus laeris præsepio uidi? Lege Diod. lib. 5. Maro: In Diomedea

victoria nona quadrigis. Originem fabulæ fecit loci ingenium. Nam iuxta Abdera & limitem, qui Diomedis uoca-
tur. equi pasti in rabiem uertuntur, ut. 8. cap. lib. 15. Plin. scribit. ⁿ Turris. Solin. sic: Sed cessit ævo, solumq;
turris uestigium adhuc durat. ^o Abdera. Abdera abderorum pluratio frequentius, à quibus non longe Pan-

genes abest mons Thracie celebris Pli. Martian. lib. 6. Circa eum, inquit, Abdera, cui constructæ Diomedis foror

suum nomen adscripsit, quod oppidum Democriti Physici ortu potius decoratur. Democritus, ut libro. 9. Laertius

scribit, uir continentissimus, in fratres patrimonium partitus est, uiatico unice quo ad philosophandum pergeret, ser-

uato: Fortuna mortalium irrisor. Iuue. Saty. 10. Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi. Vixit annis nouem supra

centum, cum sece excedasset, ut eō liberius suo acumine animus fungi fruiq; posset. Non præterierim hoc loco, Abde-

ritas soliditatis & insanie insimulari apud scriptores, ut lib. de nat. Deorum. 2. ad insaniam inclinatos abderitas

esse Cic. scripsit. Quin & ipse Democritus, cum insanus à suis iudicatus esset, Hippocrates medicus in curā adhi-

bitus, non solum non insanum, sed sapientissimum esse deprehendit: quod eius etiamnū epistola testatur extans. Mar-

tial. Abderitanam plebem eo ferè modo dixit, quo Aurem Batuanam, lib. 10. cum inquit: Abderitanæ pectora plebis

habes. Locus enī humilis & asper fuit, præterea in crasso aere ac planè Thracio sius: unde & proverbio locus da-

tus: Abdera pulchra Teiorum colonia: quo uimur, quoties tenuis fortunæ libertatem, magnis conditionibus seruitu-

& molestia pressis, pluris nos facturos significamus: De crasso Abderorum aere Iuuen. Saty. 10. de Democrito:

Adagium,

I. cuius prudentia

cuius prudentia monstrat summos posse viros & magna exempla datus, Veruecum in patria, crassoq; sub aere nasci. a Nestus. Qui Pangeum ambit. Martiano & Ptol. Nessus dictus, eius supra meminimus. Iuxta palus est Bystonia, & Bystonij cognominati Thraces. b Philippi. Plin. Philippos & Apolloniam citra Strymonem Thraciam uersus locat, quemadmodum & Pomp. & Ptol. moxq; aliam Apolloniam in Meædonia nominat. At Amphipolim in Macedonia ora trans Strymonem, nec Oesymam eo in loco quo Pomp. sed iuxta Neapolim & Philippos, sicut Ptolemaeus. Nisi aliud quoque eius nominis oppidum in Macedonia fuerit. Notandum uero obiter in terminis Macedoniae & Thraciae non conuenire Strab. & Plin. Strymone hic Thraciam terminat, Ptol. Neßi ostijs, Pomponius initio sinus Mecybernae. c Calarna. A Calarna oppido Macedoniae, ut conieatur Hermol. De Achanto, iuxta quam Caprullon Pomponius statuit. Ptol. prope Athon. De Olyntho et Cleone Plin.

d Strymon. Plinius Strymon, inquit, ortus in Hæmo: memorandum in se ptem lacus fundi, priusquam dirigat cursum. Ab hoc Strymonius Gradius, & Grues Strymoniae. Quippe ob Lacustria, magna illic & stiuo sole harum est frequetia, Brumæ tempore in meridiana uolantum. Lucanus libro tertio: Deseritur Strymon tepido committere Nilo Bystonias consuetus aues &c. Non præterierim ad Strymonem oppidum olim fuisse Thasiorum Dathon, adeò omnium rerum copia commendatum, ut inde adagium tractum fuerit, οὐαὶ οὐαὶ γαθῶμ, id est, Dathos bonorum, quo in rerum affluentia significanda uitetur. e Athos. Quod de Atho Pomponius scribit, Thessalico quoque Olympo tribuit Solinus. f unde imbræ. Quod si ita est, supra medianam aëris regionem erigitur. g Toto dorso. Vide Ptolemei tabulam decimam Europe, & quemadmodum totus in mare

promineat, cernes. Plin. scribit cap. 10. lib. 4. procurrere eum in mare. 75. mil. passuum: latitudinem autem à Xerse abscissam mille quingentorum passuum fuisse, ambitum radicis habere. 150. mil. pas. Hero. 7. lib. circumfossum eum à Xerse magis ostentationis gratia quam necessitatis fuisse ait: quo maior Græcis timor suscitaretur. Fossa adro lata fuit, ut duabus triremis unà illac esset iter. De Atho Maro passim. Ex eius uertice cum occidens sol est, in Lemnon usq; longe distantem insulam umbra proiecitur. Hinc illud est Stati lib. Theb. 5. Ingenti tellurem proximus umbra Vestit Athon, nemorumq; obscurat imagine Pontum. Sunt & Apollonij ex libro Argonauticon. 1. carmina de Atho, quæ in hunc modum latina fecit. ERASMVS Roterod. Solis ad exortum uada salsa secantibus alto vertice se se ostendit Athos mons Thracius, is qui disitus à sacra tanto discrimine Lemno, Quantum alata die ualeat transmittere nauis, Quin longinquam etiam pertingit adusq; Myrinen. h Acroatho. A uertice, qui Græcis ἄκρος dicitur, nomen datum est, quod in edito fuerit situm. i Longior quam in alijs. Ideo & Macrobijs, id est, longæ ui nominati, sicut illi Mœreni, de quibus. 3. lib. referemus. Plin. Apollonæ, quæ iuxta est, incolas Macro bios dictos esse scribit. Id loci prestat ingenium ob defecatum aërem, & Aquilonis salubres flatus alte assurgentes. Colonia autem, quarum Pomp. non meminit, sunt Vranopolis, Thyssus, & præter alias ipsa Cleone. k Pallene. Ciuitas, Prothei patria, ut Maro Georg. 4. Hic nunc Aemathie portus patriamq; reuicit Pallenem &c. Fuit et eiusdem nominis tractus uicinus, de quo Mela. l Potidea. Prius Hipalestia, Plinius uero temporibus Cassandra dicta. De Mende & Scione Stephanus de urbibus in eandem sententiam retulit. Eretrios autem illos ex Eubœa fuisse multa indicant, quamquam & in Theſalis Eretria fuit illi cognominis, Straboni.

Grues Strymoniae.

Adagiū

Athos mons.

Apollonius de Atho.

Prothei patria.

MACEDONIA.

MACEDONIA.



Aœdonia militiæ robore, & regum antiquorum claritate, uelut & q; fama gentis, & magnitudine ins-
perij, quo multam quondam Europe maiorem partem Asie obtinuerat armis, clarissima fuit, multis
ante nominibus dicta: nā & Hæmonia & Aemathia uocata est, Macedonia autem à Macedone Deu-
calionis nepote, ut Solin. scribit. Eam à septentrione, à Dalmatia Mœsiacq; Montana sciungunt, ab
occaſu Adriatico ſiuſe Ionio, ab ortu Aegeo abluitur: meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa

MACEDONIA.

BVm Macedonum populi, ^a quot ur-
bes habitant? quarum ^b Pellam maxi-
me illumstrem alumni efficiunt, ^c Philip-
pus Græciæ domitor, Alexander eti-
am Alia. In littore flexus Mecybernæus inter pro-
montoria diuidit Canastreum & portum, q; Co-
pos dicitur: urbes Toronen & Physcellam, atque un-
de nomen eſt ipsi, Mecybernam incingit. Canastreo
promontorio Scione proxima eſt. ^d Mecybernæus
autem in medio, qua terra dat gremium, ^e modice in
littora ingreditur. Cæterum longis in altum immis-
sis lateribus ingens inter maria ſinus eſt. In eum
^f Axius per Macedonas, etiā per Thessalos ^g Peneus
excurrit. Ante Axiu**h** Thessalonice eſt. Inter utrūq;

Græcia excipiunt. Nam Thessaliam Mac-
donie iungunt Ptol. & Pomp. Plin. Scor-
fun eius commeminit cap. 8. lib. 4. Nihil
autem refert, ſciungatne quis Thessaliam,
an Macedonia faciat partem, dummodo
conſet quas terras intelligamus.

Quot urbes. Plurimas certe. Libet uero
huc adſcribere Pli. de Macedonia uerba,
ex lib. eius. ⁴ que ferè in hunc moduſ ha-
bent: Hec eſt Macedonia terrarum impe-
rio potita quondam: Hec Asiam, Armeni-
am, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Sy-
riam, Aegyptum, Taurum, Caucasum træ-
ſgessa: hec in Baetris, Medis, Persis do-
minata, toto Oriente poſſesso: hec etiam
Indiæ uictrix per uestigia Liberi patris at-
q; Herculis uagata. Hec eadem eſt Macdo-
nia, cuius uno die Paulus Aemylius impera-
tor noſter. ⁷ 2. urbes direptas uendidit.
Hactenus Plin. Non indigna lectu lib. ⁷.

Macedonia
fortuna uarietas.

de Maled. ſcripsit Iuſti. ^b Pellam. Pella.
Ab hac uterque Pelleus dictus eſt. Iuuēn.

Senece de
Philippo &
Alexandro ſe-
tentia.

de Alexandro Saty. 10. Vnus Pelleo iuuēni non ſufficit orbis. De philippo Luca libro. 10. Illic Pellei proles uerba
Philippi. Remotior quidem à littore, uerum in Thermaicum imminens ſinum. Vide tabulam Europæ decimam apud
Ptolemeum. Fuit & Syria Pella ab hac Macdonica alia: iuxta quam memorabile quondam Hippotrophium, id eſt,
alendorum equorum locus fuit Strab. lib. 16. ^c Philippus. Huius & filij ductu, uiribus & imperio Macdo-
nia promouit: magna quidem gloria, uerum misera multorum clade: nam qui ſuis terris contenti non ſunt principes,
dum aliena inuadunt, & seruitute premunt, belli quidem ſibi & uirtute eximij, at Deo, ac ſubditis, quos natura libe-
ros eſſe uoluit, inuisi odiosiq; fiunt. Sene. lib. nat. q. 3. non tam eleganter quam uere, de Philippo & Alejandro ſic re-
fert: Quanto pottus deorum opera celebrare, quam Philippi aut Alexandri latroonia: qui exitio gentium clari, non
minores fuere pestes mortaliū, quam inundatio, qua planum omne perfuſum eſt, quam conflagratio, qua magna
pars animantium exaruit. ^d Mecybernæus. Omnim eius littorum maximus, & late in terras ſeſe recipiens.
Plin. & Ptol. Thermaicum nominant à Therme oppido, cuius inter alia eius littoris oppida Herod. meminit libro ſc-
plimo. Et Strabo libro ſeptimo. De Canastreo Plin. De Copo non ſucurrit ubi legerim, Torones, Physællæ & Me-
cyberne Plin. menunt. Illud obiter annotandum duxi, Claudio Ptol. libro tertio. Toronicum ſinū alium à Mecyber-
neo ſtatui, & in eo Toronem iuxta promontorium, quod ipſe Derrin uocat. Quem totum tamen tractum Pomp.
Thermae ſiuſe Thermaico ſinū claudit, A Ptol. Tacitus eſt, qui libro quinto ubi de Sabino ſic ait: Igitur quo uera
ſeu falsa anteiret Toroneum Thermæumq; ſinum præfestinans, mox Eubœam Aegei maris insulam, & Piræum
Attice ore, dein Corinthiense littus angustiāsq; Isthmi euadit, mariq; alio Nicopolim, Romanam coloniam ingre-
sus & cetera. ^e Modice in littora. Confer ad picturam, & ita eſſe deprehendes. ^f Axius. Am. Axius.
nis limpidissimus, & ſpecie omnibus comparabilis: meminit eius Herod. ⁷ libro, & lib. 2. Iliados Homerus. Plin. li-
bro. 31. ex ueterum authoritate tradit Axium pecudem ſuis potum aquis nigram effiare, diuersa ab Halacmo uiano
amne natura: hic enim uelleris nitore poter ex ſe peaudi aſſeruat. ^g Peneus. luxta Gomphos ex Epiroticis iugis
ortus, Thessalica Tempe perlabitur, amnis iam ab alta uetusate clarissimus, & Poëtis Grecis Latinisq; celebratus,
ſupraq; quam credi poſſit ſpeciosus: calculo enim uiridis eſt, multo circa ripam gramine, canorus avium concentu.
Lege Plin. octauo capite libri quarti. Ferunt amnem in eum Orcon nomine deſendere, quem admissum non reci-
piat, ſed olei modo ſupernatantem breui ſpacio portatum abdicet, poenales aquas dirisq; genitas argenteis ſuis mi-
ceri reuafans. Orcon Luca. Tytareſum nominat lib. 6. Solus in alterius nomen cum uenerit undæ, Defendit Tyta-
refus aquas lapsusq; ſuperne Gurgite Penei pro ſicis uituit aruis. Hunc fama eſt ſtygijs manare paludibus amne,
Et capit is memorem fluij contagia uilis Nole pati, ſuperumq; ſibi ſeruare nitore. ^h Thessalonice. Halia an Thessalonice
dicta, liberæ olim conditionis, et inter urbes eius littoris clarissima, ut Strab. ait, Aluminum habuit etate noſtra

Theodorus
Gaza

Theodorum Gazam, virum de Græcis Latinisq; literis maxime meritum: qui tamen (tantus est artium bonus uidelicet) Romanum deserere, rerum inopia coactus est, alibi mox summa in miseria mortuus cum sacerdos esset, auctore in clarorum hominum nomenclatura Raphaële. a Caſſandria. Conuenit planè inter scriptores de his oppidis, sed situs in plerisque non nihil diuersus est. Id monuerim, Aloron alias ab Azoro esse in Maœdonia: cum hec maritima sit, illa propè Axij fontes sita Ptolemaeo. De Cordynia Ptolemaeus: qui idem libro tertio Derrim pro montorum cognomine oppido in hoc littore statuit. Hermolaus ex Stephano Eloros legit non Azoros, coniectura ductus, cui non refragor. b Philoctetes. Peatis filius, & quem Hercules cum hominē in Oeta exuturus esset, suis sagittis donauit, & ne corporis reliquias monstraret, uetus ad quod sexto libro Lucanus allusit, cum inquit: Precioq; nephanda Lamپades Herculeis fortis Melibœa pharetris. Meminit eius Ouidius. 13. transformat. c Aeneid. ubi de Petilia Seruius.

Mela Varro/
nē imitatus.

Thessalia olim
lacustris.
Lucanus

Olympus.
Gigantes

Pelion

Ossa.

Pieria.

Nota.

Oeta.

d Caſſandria, Cydnæ, Azoros, Derris: a Peneo Sepias, Cordynia, Melibœa, Castanea, pares ad famam, nisi quod ^b Philoctetes alumnus Melibœam illuminat. Terræ interiores claris locorum nominibus insignes, pene nihil ignobile ferunt. Hinc non longe est ^d Olympus, hic ^e Pelion, hic ^f Ossa, montes Gigantum fabula belloque memorati, hic Musarum parentis domusque ^g Pieria, hic nouissime ^h calcatum Graio ⁱ Herculi solum, saltus Octæus, hic sacro-

Terræ interiores. Locorum celeritate motus Pomponius, à maritimis digressus, totam obiter Græciam peruagatur, id quod hactenus nulli terrærum tribuit, cum ex professo littora sequeretur, Varronem indubie imitatus, cuius, ut Solinus innuit, de littoralibus usus volumen extitit. Et Geographiam scripsisse Varronem Gellius testatur septimo capite libri decimi. d Olympus. Quatuor & triginta montes in Thessalia esse, omnes uero Theatrali modo inflexos, caueatis ante eos. 7 5. urbibus scribit libro quarto Plinius. Strabo libro nono, totam terram illam aliquando stagnasse ex uetus statis fara retulit: montes enim coërabant, & altiora campis loca littus habebat. Post terræmotu facto, montes abruptos & exi tum undis relictum esse scribit, à quo tempore Thessalica Tempe cœperint: duobus lacibus reliquis, quorum alter Nasonius, alter Boebeis dicitur. Scribit in eandem sententiam digna lectu Herod. libro septimo. Lucanus libro sexto: Hos inter montes, media qui ualle premuntur, Perpetuis quondam latuere paludibus agri et cetera. Claudianus quoque libro de raptu Proserpinæ. 2. Sic cum Thessalam scopolis inclusa teneret, Peneo stagnante palus, & mersa nigraret Arua colo: trifida Neptunus cuspide montes Impulit aduersos: tū fortis saucius iictu Dissiluit gelido uertex Ossæ Olympo, Caræribus laxantur aquæ, fractoq; meatu, Redduntur fluuijq; mari tellusq; colonis. Incole enim, ut Herodotus scribit, Neptuno tribuerunt: at plerique Herculi, ut Diodorus libro quinto & Seneca in Heraule furente. De ipso Olympo præcelsæ magnitudinis Solinus. De Gigantibus, quod ad Physicam attinere uidebatur, in Lycia retulimus. Macrobius ad mores referens libro Somni primō, blasphemos omnes, & duræ in Deos æruicis homines e nomine censet. Quod ad fabulosa attinet, multis Ouidius libro Fast. quinto. Lucanus libro quinto: Nec metuens immo Boecean habitator Olympi, Lucentem totis ignorat noctibus Arcton. Claudia. in Stiliconis Encomio: Altus Olympi Vertex, qui spatio uentos hyemesq; relinquunt, Perpetuum nulla temeratus nube serenum. e Pelion. Clarus & Pelei nuptijs, & Chyronis fama, qui eum inhabitasse fertur. Ouidius Fast. quinto: Pelion Hæmoniae mons est obuersus in Austros, Summa uirent pinu, cetera quercus habet. Phyllirides tenuit, saxo stant antra uelusto, Que iustum memorant incoluisse senem. Hic est Pelion, qui argonaus fabricandæ materiem præbuit, ut libro primo Flaccus testatur. Catullus in nuptijs Pelei: Peliaco quondam prognate uertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas, Phasidos ad fluctus &c. Adeò altus est, ut Dicearchus Mathematicus regum aura montes permensus, omnium eū altissimum prodiderit. Hinc illud est Ouidij libro Fast. primo: Summaq; Peliacus sydera tangit apex.

f Ossa. Pelio uicina, & Gigantum pugna notissima. Lucanus lib. 6. Thessalia, qua parte diem brumalibus horis Attollit Titan, rupes Ossea coerat. Sunt iuxta & quæ clari, Pierius, Pindus, Othrys. Situm disce ex tabula deâma Europe Ptolemei. g Pieria. Oppidum Maœdoniae ad sinū Thermaeum, Ptolemaeo. At Pomponius regionē Olympo uicinam intelligit, à Pieride sylua cognominata: ad quam Thracibus, qui Pieres uocabatur extintis, Maœdones habitarunt, ut Strabo libro nono, ubi de Helicone et Boeotie locis commeninit, affirmat, si modo, quod suspicor, non alias intelligit. Festus Pompeius: Pierides inquit, Musæ propter amœnitatem ac solitudinem Pierij montis dicte uidentur: quoniam eæ secretis locis propter studia liberalia delectantur. Sunt uero qui à Pieri filiabus, quas can tu uicerunt, dictas uelint. Constat Thraeces aliquando Thessalam tenuisse, & Musis amoena loca, tum & fontes insignes dicasse. Quod qua ratione factum uideri debeat, in Poëtica nostra utcumque reddidimus. Veterissimus autem Thracum, qui Musis curam studiumq; dederunt, Strabo libro decimo Orpheum, Musæum, & Thamyrim fuisse ait. h Calcatum Grato Herauli solum. In eo enim monte exuta mortalitate Deus factus est, ut Ouidius multis libro nono prosequitur, & Seneca in Tragoedia, qui Hercules Octæus inscribitur. Graio Herauli ad differentiam dixit, nam multi fuere alij, de quibus libro de natura tertio M. Cicero. i Saltus Octæus. Ab Octæ monte, ad cuius radices Heraclea quondam, ab Heraule condita, insignis fuit. Liuius libro sexto quartæ Decadis

Decadis scribit extrema in orientem montanorum Græcia iuga Octa nomine vocari, lege Strabonem libro nono.
De Octa Silius libro tertio: Inter quæ fulget sacratis ignibus Octe, Ingentemq; animam rapiunt ad sydera flammæ.

^{a)} Tempe. Notissima. Seruius author est, loca amoenissima queque Tempe dici posse. Virgil. Georg. ^{Tempe}
secundo: Speluncæ uiniq; lacus, aut Thessala Tempe. Lucretius libro secundo: Nec Citharas reboant, laqueata aura
tag; Tempe. Inde alibi & Cygnea Tempe Ouidio dicuntur, & Helloria Tempe in Sicilia illustria fuerunt ab amne
dicta. De Thessalicis Catullus in nuptijs

Pelei: Confestim Peneos adit uiridatia Tē
pe, Tempe quæ sylue cingunt superimpe=
dentes. ^{b)} Libethra. A quo Libe=

thrideres: sunt & alibi per Græciam clari,

& in Boeotia maxime, Plinio. ^{c)}

Tum iam uaste. Primo terræ situm, mox re
giones insignes, postremo harum digna
memoratu loca prosequitur. Hec est Græ
cia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina,
quæ pluribus artibus, quæ etiam imperio,
et bellica laude floruit, Cic. Cui Latini om
nium illustrium doctrinarum inuentione
tribuerunt. Quæ omnia illa, quæ aut for
tuna, aut ingenio comparari possunt, sum
ma cū gloria consecuta est. Hec Asie, A=

Græcia laus

frice, & Europe sue maximas & poten
tissimas urbes imposuit: gentesq; feras, du
ctis Colonijs moribus, & singulari uite
mansuetudine, cultiores reddidit: serua ho
die (tanta est rerum humanarum inconstan
tia) & barbarissimis Turcarum gentibus

Mare Myr
toum

occupata. Non præterierim quod M. Cicerus pro L. Flaco scribit, Græcis ut literas ac multarum artium disciplinam
ingeniorum etiam acumen, & diændi copiam attributam à ueteribus, ita testimoniorum religionem, & fidem,
quam nunquam ista natio coluit, prorsus demptam fuisse: ut inde adagio uideatur datus locus: Atticus testis, in

uanum & lubricæ fidei testem. Adeò(mirum) magnas uirtutes magna plerunque uitia dehonestant. ^{d)}

Myrtoum. A Myrto Oenomai auriga, quem Pelops cum pactum posceret concubium, in mare præcipitauit, de suo

nomine Myrtoum dictum, ut Serui. Georg. 3. apud Virg. Ut Acron afferit, ab Oenomao mari mersus, ob scelus fra

ctorum axium. Id inter Aegeum & Cretiam Attice partem, & Cycladas alluit. Strab. libro tertio. ^{e)} In me

ridiem. Transuerso inæssu. ^{f)} Aegeis. Vide Ptole. tab. 10. Europe, & scripturam adplicatam picturæ, om

nia enim mire quadrant. ^{g)} Proxime. Ad confinia Thessalæ, quorum hæc tenus meminerat Mela.

^{h)} Hellas. Ita Græcia nominatur, quæ atra Isthmum in continente est, ab Hellene Deucalionis & Pyra
the filio, qui in Phthia sedem habuit, Straboni libro octavo. Hinc & Græci Hellenes dicti: Græci uero à Greco re=

gibili nato authore Plin. capite septimo libri quarti. Ptolemæus uniuersam hanc Achiam nominat. Per frontem qua

tem non Peloponnesi, sed Attidis excusum intelligit, in quo Sunium est promont. à quo Aegeum in oceum flexum

adusq; Isthmon ingreditur, Ionio ab aduerso littore ingruente. ⁱ⁾ Ionio magis. Quod in intinis sinum facit

Corinthiacum, ut ex aduerso Megaricum, pelagus Aegeum, utrumq; à claris opp. dictum. ^{k)} Quinq; millia.

Tantum enim terræ inter utrumq; sinum extans, peninsula continentis adnectit. ^{l)} Inciditur. Vtrog; sinu Pe

loponnesum ab Hellade sciungente. ^{m)} Terris. Quæ secundum Peloponensi septentrionalem oram in ortu

oceumq; expansa iterum Græcia obuertitur. ⁿ⁾ In Ionium mare. Inclinat enim Pelop. in oceum. ^{o)}

Peloponnesos. Pelopis insula, de ea libro primo retulimus. Eadem Straboni Pelasgia à Pelasgis colonis, Apia & Ar=

gos dicta. In hac propè omnia quam alibi magis illustria sunt. Nam totius Græcia aræam eam esse constat: non tantum

gentium in ea quondam nobilitate & potentia, sed locorum etiam situ, sinibus, promontorijsq; claro: Quod dq; in Hel

lade Thebani fuere & Attici, id fuere in peninsula Lacones & Argiui: ut Arcadum Lunæ cursus uincentem uetus

statem preteream. ^{p)} Fibris. M. Varro in lingue Latinæ quæ extant, fragmentis, Antiquos ait omne ex

tremum Fibrum nominasse: atq; inde Fibrum quadrupes dictum, quod oras fluminum incolat: & extremum in ieq=

nore Fibram dici, & in sagis fimbrias: quod ipsum & Marcellus adnotauit, per Fibras igitur Pomp. extimam oram

intelligit: quæ crebris sinibus lacinata, & ut iecinoris extrema, subinde flexa iniquaq;.

^{q)} Platani. Rufus ex Dionysio: Sequitur Pelopis post insula lata Consimilis folio Platani. &c. Plinius libro quarto: Platani, inquit, folio

similis propter angulos inæssus, circuitu. 563. millibus passuum colligit, authore Isidoro. ^{r)} Thessalia. Ab

Hemonis filio Theffalo dicta, cum ante quoq; Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis nomen habuerit, Primam autem dixit, id

est, præcipuam. Et eam Thessalam intelligit, quæ proprie eo nomine vocatur: nam partes eius sunt Magnesia &

Rhodiotis,

Theſſalia qua
tuor partium

Phthiotis, Strabo. ceteris. Tota uero in quatuor partes diuisa fuit, Theſſalio[n]en, Phthioten, Eſtio[n]en, & Pelasgiā aliquando à Pelasgiis ſcilicet eam habitantibus, Homero quondam in. 12. partes plerisq[ue] uicinis terris adſumptis die uifa, ut libro octauo Strabo ſcribit. **a** Doris. De uniuerſis his Græciae & Peloponnesi tractibus Plin. libro. 4. Strab. lib. 8. 9. & 10. Homerus libro Iliadōs. 2. in Catalogo: Pausanias in Atticis, ille quem Domitius Calderinus, nescio an integrum, latinū fecit: Ptolemaeus tertio libro, alijq[ue] non parum multi. E quibus que iuuenili ſtomacho nō ingrata futura uidebantur, decerpſimus.

Picturæ tabu
bariæ utilitas.

Iuuat autem, ut ſepe monui, omnia illa ad picturam applicaffe, & ea duce ordinis ſi tuſq[ue] comparaffe memoriam: ne multitudine locorum dum animum nulla cogitationis ope fultum arripit, confuſanea uelut mole mentem obruat, id quod ijs euenit, qui in poſtremis tabularum ſubſidia collocaſt.

b Aetolia. Hanc enim Acarnaniam, Epirumq[ue] predictis adnumerat, uel Plinius à principio lib. 4. Melam, ut aliā ſepe, propè ad uerbum imitatus. Situs harum est, à ſinu Corinthiaco ſecundum pro curſum Ionij maris, aduſque Acrocerauia & Adriatīa fauēs. **c** Adriā. Masculino pro mari ipſo. Lucanus lib. 5.

Larissa

Sonat Ionio uagus Adria ponto. **d** Quæ mare nō ab Paulō enim in fra ab interioribus ad littus illud, à quo de gressus erat, reuertitur. **e** Larissa. Quæ patriam dignitatem ſupra ceteras Theſſaliæ urbes Strabonis etate retinuit. Horat. Nec tam Lariffe percuſit caput opime. Clara eſt Achille alumno, quem tamen Phthium fuſſe propè conſtat. Maro Aeneid. 2. Quos neque Titydes, nec Lariffeus Achilles. Lucan. lib. 6. Atq[ue] olim Lariffa polēs. etc. Fuit & in Theſſalia Pharsalos liberum oppidum, & iuxta Pharsalici campi, ciuili Romanorum ſanguine dannati. Tum & Thebe aliae ab his, quæ in Bœotia fuerunt. Non præterierim, Theſſalam ſupra priorum nominum olim uſum, Argo, Dryopin, & acolas Myrmidonas & Achæos Homero dictos, ut libro quarto Plinio placet. Nam Argos Pelasgicum multi ad Lariffam ſtauerunt, aliud ab Argis peninsulae: hinc enim profectus Abas nomen illud aut campo dedit, aut urbi conditæ reliquit. **f** Antronia. In Magnesia Magnetæ clari olim, iuxta quos Minye floruerunt. Lucanus libro ſexto: Et Magnetæ equis, Minye gens cognita remis. Vrbem à ſpecuum, ē quibus molares lapides exciduntur, frequentia dictam notum eſt: nam & Strab. Antron nominat, & ἄντρον Grecis ſpecie eſt. Ibi prægrandes aſini locum adagio fecerunt, ut Antronium aſinum diem uicem hominem robustum & corpulentum, cui animi deſunt uires.

Antronia

Adagium

Locriſſes:

Delphi.

Angelus Coſ
ſpus.

Parnafus

Thebe

lia, deinde Magnesia, Phthiotis. In Græcia^a Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris, ſed omnium Attis clarissima. In Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia, Elis, Arcadia, ultra^b Aetolia, Acarnania, Epiros, uſq[ue] in^c Adriā. De locis atque urbibus, quæ mare nō abluit, hæc maxime memoranda ſunt: in Theſſalia, Lariffa, aliquando Iolcos: in Magnesia, Antronia: in Phthiotide, Phthia: in Doride hPindus, et iuxta ſitum Erineon: in Locride Cynos & Calliaros: in Phocide, Delphi, & mōs Parnafus, & Apollinis fanū atq[ue] oraculum: in Bœotia^d Thebae

Sonat Ionio uagus Adria ponto. **d** Quæ mare nō ab Paulō enim in fra ab interioribus ad littus illud, à quo de gressus erat, reuertitur. **e** Larissa. Quæ patriam dignitatem ſupra ceteras Theſſaliæ urbes Strabonis etate retinuit. Horat. Nec tam Lariffe percuſit caput opime. Clara eſt Achille alumno, quem tamen Phthium fuſſe propè conſtat. Maro Aeneid. 2. Quos neque Titydes, nec Lariffeus Achilles. Lucan. lib. 6. Atq[ue] olim Lariffa polēs. etc. Fuit & in Theſſalia Pharsalos liberum oppidum, & iuxta Pharsalici campi, ciuili Romanorum ſanguine dannati. Tum & Thebe aliae ab his, quæ in Bœotia fuerunt. Non præterierim, Theſſalam ſupra priorum nominum olim uſum, Argo, Dryopin, & acolas Myrmidonas & Achæos Homero dictos, ut libro quarto Plinio placet. Nam Argos Pelasgicum multi ad Lariffam ſtauerunt, aliud ab Argis peninsulae: hinc enim profectus Abas nomen illud aut campo dedit, aut urbi conditæ reliquit. **f** Antronia. In Magnesia Magnetæ clari olim, iuxta quos Minye floruerunt. Lucanus libro ſexto: Et Magnetæ equis, Minye gens cognita remis. Vrbem à ſpecuum, ē quibus molares lapides exciduntur, frequentia dictam notum eſt: nam & Strab. Antron nominat, & ἄντρον Grecis ſpecie eſt. Ibi prægrandes aſini locum adagio fecerunt, ut Antronium aſinum diem uicem hominem robustum & corpulentum, cui animi deſunt uires.

g Phthia. A qua regiuncule nomen eſt, Achillis patria. **h** Pindus. Plinius quoque capite ſeptimo libri quarti: Doris, inquit, in qua Sperchius, Erineon, Boion. Pindus. & cetera. **i** Cynos. Liuius libro octauo tertie Decad. Cynum, inquit, Locridis emporium, Calliaros indubie hodie nulla eſt, cum Strabonis temporibus deserta fuerit. Notandum uero, Locrenſes Græciae, inter Dorin & Phoain ſitos, Ozolas dictos aliquando, Straboni: Leleges item & à monte Cnemide Epicenemidios, Opuntios uero ab Opunte metropoli clarissima urbe. Ceterum Opuntij & Epicenemidij in ortum ad Aegeum habitarunt. Ozole Hesperij cognominati, in oasis, à quibus Locris, qui in Italia ſunt, origo eſt. Tota autem Locrenſium ciuitas in annulo ſignatio ſtella Hespero uia eſt, authore Strabone.

k Delphi. Phocis in Corinthiacum ſinum uersa,

clarior eſt quam ſit magna, faciunt Delphi: quorum meminit per pulchre Iuſtinus libro uigeſimoquarto, fuit iuxta pari propè claritate urbs Elea, ex amplitudine & ſoci oportunitate cum priuatis commendata Straboni. De oraculi origine, ut ridicula, ita ſatu digniſſima ſcripsit libro decimo ſexto Diodorus, quem nuper cum libro ſequente Latinum fecit Angelus Coſpus Bononiensis, homo in litteris tum Græcis, tum Latinis apprime eruditus: cui Viennæ, cum hominem exuifſet, nos in bonarum literarum publica profeſſione ſucessimus. M. Ciceron libro de Diuinatione ſecondo ſcribit, oraculum Delphicum tot ſeulis celebre ſuis temporibus uile contempnūq[ue] eſſe cœpiffe: nimirum illis, in que CHRISTI ſaluatoris immuinebat nativitas, propiore ſalute mortalibus eluceſſe per eum, quem uera prophetarum oracula uenturum aſinerant. Lucanus libro quinto: Hesperio tantum quantum ſemolus Eoo Cardine Parnafus gemino petit æltera colle, Mons Phœbo Bromioq[ue] ſacré. Notus eſt de uertiabus eius error Seruianus. Herod. alterum Thitoræum, Hyampæum alterum appellavit. Scribit Placidus Grammaticus Parnafum aliquando umbilicum terræ creditum eſſe. Ouid. libro Met. ultimo: Mediamq[ue] tenentis Orbis humum Delphos adeunt oraculaq[ue] Phœbi. Quod ipsum Strabo testatus libro nono ſabellam quandam ex Pindaro reuertit, louem quondam duas ſimul aquilas emiſſe, alteram ab ortu, ab oatsu alteram, quæ in Parnafu conuenient. Quod falſum id eſſe notius ſit, quam ut referri demonstrariue debeat. **l** Thebe. Bœotia, ante Cadmeis, Hyantis, Aonia, Ogygia & Meſapia dicta, à quibus etiamnum illis paſsim apud ſcriptores cognomina ſunt. Ceterum Bœotia rectius diphthongo in ſecunda ſyllaba, & inde Bœotius: quanquam ſunt hodie,

hodie, non indocti Grammatici, qui Boëtiam quoque & Boëtum, dici posse longo usu suffragante, confirmant. A Thebe autem Asopi filia dicta Thebas Pausanias refert. Constat Boëtos male olim audisse, ob mentis obtusæ stoliditatem. Inde adagia, Boëticum ingenium, & sus Boëtica: nam uoracissimi, ut plerique ex Theſſalis quoque, habuit sunt. Notum est illud Horatij ex Epistolarum secundo libro: Boëtum in crasso iurares aëre natum. Plinius capit. 7. quarti libr. Nec cedentes, inquit, Athenis claritate, quæ cognominatur Boëtie Thebe, duorum numinum Liberi patris atque Herculis, ut uolunt, patria, & Musis natale solum in Helicone assignat, daturque & his Thebis saltus Cythæron, awnis Hismenius. Præterea fontes in Boëtia, Oedipodia, Psamate, Dirce, Epigræna, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphic, hactenus Plinius. Ab his uero sua paſſim Musis cognomina extant. Notus est Thebarum splendor ex Epaminunda clarissimo duce, et Vate doctissimo. Iis dabo: cuius domum cum reliquæ uastarentur, incolumem esse Alexander iuſſit, ut li-

sus Boëtia

Boëtiae satrificantes.

et^a Cythæron fabulis carminibusq; celeberrimus: in Attide^b Eleusin Cereri cōfēcrata, & clariores, quam vt idicari egeat, ^cAthenæ. In Megaride, vnde regio- ni nomē est, ^dMegara. At in Argolide, ^eArgos & Mycenæ, et tēplū Iunonis vetustate et religiōe perce lebre. In Laconide, ^fTerapne, ^gLacedæmō, ^hAmyclæ, mōs Taygetus. In Messenia, ⁱMessene et ^kMe thone. In Achaia atq; Elide quōdā ^lPisæ Oenomai,

br. 7. Plinius scribit. ^aCythæron. De hoc iuxtaq; fluente Asopo, tum & Helicone, digna lectu Strabo libr. 9. Est iuxta Platea clarissima urbium Boëticarum, & Darij clade memorabilis. ^bEleusin. Eadem & Eleusis, Cēreris Eleusinæ phano memorata. Scribit Seruius, Cererem cum filiam per hæc loca quereret, à Celeo rege, cuius Ouidius lib. Fastorum. 4. meminit, hospitio liberallissime suscepit, eaque gratia Deam eum omne genus agriculturæ do- auisse: unde cum summa mortalibus parata esset commoditas, templo dicato coepit est coli, & sacra instituta, quæ Temphorea diæbantur, à quibus præconis uoce impij sceleratiq; amouebantur, nec poterant à moestis perfici. Ideoque tempore belli Punici secundi intermisæ sunt, quod tum nulla matrona non doloreret, ut lib. 2. tertie Decad. Liuius scribit. Athenis eadem insignia fuerunt teste Augustino cap. 20. septimi libri, ubi sacra prodere summum nephias erat, Alcibiade aliquando maximo Atheniensium duce insimulato, quod ea enunciauisset: unde dubium an conscientia stimulatus, an indignitatem ægrè ferens in exilium abiit, ut lib. 5. Iustinus tradit. ^cAthenæ. De quibus illud Saltus de Carthagine potest usurpari: Satius esse silere de Athenis, quam parum dicere. Multa laus eius apud Cicero nem in oratione pro L. Flacco est. Conscripsit de Atheniensibus per quam digna lectu Cœlius cap. 25. lib. 10. ^dMegara. Multa hæc fortunæ uarietate per functa, ut Strabo ait. Ager ubi sita, quemadmodum et Atticus asper magis montosusque quam fertilis: horum emporium aliquando Nysea fuit clarissima ciuitas. Megaris philosophorum, quos Megaricos uocarunt, frequentia aliquando studia fuerunt, quorum primus author Euclides ille Socratis auditor fuisse dicitur. ^eArgos. Hippium aliquando cognominatum, quod nobilibus equis præstiterit, ut illud in Ambracia Amphilochicum, fortasse ad differentiam dictum. De hoc nostro Horat. lib. 1. Carmi. Plurimus in Iunonis honorem, Aptum dicet equis Argos ditesque Mycenæ. Inter utrumq; oppidum Iunonis Argiæ cognominata templum. Alumno autem Agamemnone Mycenæ maxime clare. Sili. libr. 1. Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenæ. Ferunt à Pelepe post Oenomaum deuictum, ornatam eam & auctiorem factam. Ouidi. certe. 6. lib. meta. Pelopiadem cognominat: Argosque & Sparta Pelopiadæsque Mycenæ. Lege Strab. lib. 8. ^fTerapne. Helenæ patria, quæ Terapna inde dicta est. Fuit & alia eius nominis in Boëtia urbs, cuius Strabo libro primo meminit. ^gLacedæmon. Sparta dicta, unde & Spartani & Lacones Lacedæmonesq; dicuntur. Ipsa urbs rebus domi forisq; gestis omnium clarissima. Lege Strab. libro 8. & in Lycurgi uita Plutarch. M. Cicero pro L. Flacco: Adsunt, inquit, Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata uirtus, non solum natura corroborata, uerum etiam disciplina putatur. Qui soli toto orbe terrarum septemgentos iam annos amplius unis moribus, & nunquam mutatis legibus utuntur. ^hAmyclæ. Castoris & Pollucis altrix. Vnde & Silius lib. 2. Lædeis ueniens uictor Xantippus Amyclis. Et canum nobilitate commendata. Virg. Georg. 3. Armâque Amyclæ umque canem, Cressamq; pharetram, ut alibi inquit: Veloce Spartæ catulos acremque Molossum. Nam in toto illo tractu optimi sunt. Vnde & illud: Taygetiæ canes. &c. Dicitur & Taygeta. Silius libro. 4. Gelidiq; dehinc inuisere montes Taygeta. Amyclas Laconicas silentio interisse falsò exsimauit Solin. Italicis enim contigit id malum. Ideoque tacitas cognominauit libr. 10. Maro. Hinc Adagiū: Amyclæ: Amyclæ: Solini iuris

Platea.
Eleusinæ.

Megara.

Megarici philosophi.

Argos.

Terapne.

Methone.

Elis.

Elii

cognominatur.

Olympiadū
initium.

Aglaus.

Tenea.

Adagium.

Stymphalus.

Nonacris.

Arcades an-
nosi.

Dodona.

Ratio.

Dotione.

Grandia et/
rata.

eognominatur. **a** Olympij Iouis. Ab Olympia opp. iuxta quod sanum illud Iouis orbi notum, & Gymnica certamina, que Herales instituit. Post uero intermissa Iphitus Praxonidis, siue ut multi uolunt, Hemonis, primus instaurauit, anno à Troiae captiuitat. 406. quando prima Olympias numerari coepit, auctore in Chronicis Euseb. Strab. lib. 8. ex auro solidō simulacrum fabrefactum ait: Plini. cap. 8. libri. 34. ex ebore, singulari Phidiæ artificio. Gymnica autē ab exercendi ratione dicta sunt. Nam γυμνασία exercitationem significat. **b** Vndeque. Media enim peninsulae occupat: terra celebris cū hominum, tum locorum memoria uetustissima, multisq; ante dicta nominibus, maximeque Parrhasia, Pelasgia, & Lycaonia.

c Psophis. A qua Psophidius ille Aglaus cognominatus est, quem Gyge feli ciorem oraculum iudicauit, quod agrum paternum colens, cum nunquam fuerit egressus. Ouidi. lib. 5. Transfor. Usque sub Orchomenon Psophida Cyllenēq;. **d** Tenea. Amoenissima, & cœli quandā cōmodissimi, ceterum humilis, unde & ad agio locus factus: Felix Corinthus quidem, at ipse sim Teneates, quoties fatemur maiora nobis admirationi esse, minori uilio riuie, quacunque causa delectari: meminit & Strabo. At Orchomeno Arcadiæ alia Boeotica cognominis fuit, utraque paris propè dignitatis & famæ. **e** Pholoē.

Strab. & plini. Lycei meminerunt inter cœteros, à quo Lyceo Panis & Ioui nata cognomina. Lege Pli. cap. 6. lib. 4.

f Erymanthus. Hic è monte eiusdem nominis in Alpheum descendit, Plinio. Ladō è paludibus nascitur, uterque decantatus Vatibus. Est & in Arcadia Stymphalus lacus, unde Erasinus oritur, auēsque Stymphalides memoratae. Et Parrhasia unde ursis Parrhasijs nomen. Est Pallantium Euandri patria. Est Nemea regio, ubi uictus ab Hercule Leo, & iuxta Cleone, à qua Cleonæus Leo, & Molorchus Cleonæus. Stat. libro. 4. The. Sacra Cleonæi cogunt uineta Molorchi. Quim & Menalius aper monti Menalo inibi famam peperit, de quo Seneca & paſsim alij. Est & Lerna palus ad quam Hydrā conficit Hercules. Quid Nonacrin referam? è cuius montibus frigidissimi humores defluunt, qui suγος uolw nominantur, ut libro sexto scribit Herodotus. Quibus ab Antipatro per Iollam filiū ad Alexandrum missis, mortuum cum ex eius haustu ferunt, ut libro octavo scripsit Vitruvius. Fuit & palus, ad quam in lupos, ut diximus, uertebantur homines. Porro Arcades supra omniem memoriam uetustatis se titulis iactant, Luna se priores afferentes, ut ea de re corniculatæ Lune insigne gestare olim consuerint. **g** Naupactos. Quod hodie Lepantum nominatur, ante Venetorum, post à Turca occupatum est. Stratos iuxta Acheloum sita, ut lib. 2. Thucydides. De his tractibus infra copiosius. **h** Dodonæi. Apud Theſprotios Epiri, uetustissima urbs Dodona fuit, & iuxta sylua, Dodonæi Iouis oraculo, & columbis responsa dantibus insignis. Statius libro tertio: Et nemorum Dodona parens. De fonte etiam Plinius cap. centesimo sexto libri secundi, & Solinus: Causa, inquit, in promptu non erat, ideo factus sacer. Est enim illa animi humani curiositas, moueri statim, ut diuinis adscribat quod naturæ ui fieri posse desperat. Cœterum quia gelidissimus fons est, fieri potest, ut face recenter extincta, & ad gelidam fontis superficiem adhibita, ignis ambiente frigore pressus flammā recipiat, rursumque flagret, Antiparistasi (ut naturæ studioſi nominant) id efficiente. Omnino autem extinctam facem eo modo acendi, ut uerisimile est, ita si fiat, miraculi habendum foret loco. Augustinus cap. septimo libri uigesimiprimi de Ciuitate Dei, prodigiosis huiusmodi naturæ operibus raro aliam rationem prætexi ait, quād quod talis eorum sit natura. **i** At cum littora. Ab interiorum locorum cōpendiaria descriptione, ad eam littoris orā, qua digressus erat, reuertitur: more suo ea legens adusque intima Tergestini sinus, mox Italiam redditurus.

k Sepiade. Cuius ante meminit, nisi illic oppidum, hic promontoriū intellegat. De Demetria Ptolemaeus, ceteri.

l Boion. In Doride statuit. Plini. cap. 7. libr. 4. Posset & Dotion legi, quod in hoc tractu idem author refert: at quia Boion Hermol. probat, assentiendum tanto uiro est. **m** Phtheleōn. Luca. libr. 6. Quæ tetigit Phylace Phtheleōsque & Dorion ira Flebile Pieridum. Quanquam in uocabulo Dorion lapsus, pro Dotio usurpauit, rem quæ in Achaia gesta est Thessalæ tribuens: quod minime est mirum, cum Aeschylus in Iberia Eridanum esse dixerit, & cundem Rhodanum appellari. Euripides autem & Apollonius in Adriatica littore confluere Rhodanum & Padum afferuerint, errore propè fustuario, auctore Plin. cap. 2. ultimi libri. **n** Echinon. Plin. Echinon ad Sperchij fauces locat. At in Maliacum sinum Sperchium egredi Ptole. scribit: contra, Pompon. in Pagaseum: ut indubium sit alterutrum hallucinatum: Stra. lib. 9. Echinum ad Malenses pertinuisse haud obſcure indicauit. Cœterum parua illa est, & uix iudicio digna diuersitas. **o** Pagaseum. Ouid. lib. 8. Transform. Iamque fretum Minya Pagasea puppe fecabant, & libr. 13. Littorāque intravit Pagasea Colcha carina. De Sperchio nemo

chio nemo ignorat. De argonaui fabricata, & ut oram soluerint Minyæ, Val. Flac. lib. 1. **a** Sunium. Extimum eius litoris promontorium. **b** Opuntius. Plin. lib. 4. Oppida, inquit, Opus, unde & Opuntinus sinus, ab Opunte Opuntij nominati sunt, de quibus nos supra. Malico uero nomen à Malicea. **c** Cæforum Laconum. Aut cæforum ab Atheniensibus Thebanisue, qui publice uictorie gratia, monumenta illic erexerint: ab utrisq; enim uictos aliquando fuisse, ex Plutarcho, Iustino, & Thucydide constat: & Pericles, ut in eius uita refert Plutarchus, nouem trophæa novies uictor pro patria statuit: inter que & cæforum laconum esse potuerunt. Aut reuera intelligit Trophæa, que in Locrensum agro memoriae gratia posita sunt Laconibus sexcentis, illis qui duce Leonida pro Grecie libertate pugnantes magna gloria occubuerunt, obruentibus eos Persis, ut lib. 2. Iustinus scribit. Hi enim quanquam uicti essent, tamen quod hostis numerosissimum exercitum propè infugam uertissent digni Trophæo uisi sunt. Quò minus autem de Othryadis tropheis quicquam hic intelligam, locus monet quo longe ab hoc nostro diuerso Othryades pugnauit. Ad Tireaten enim que in Pelo ponneso est id suis præstissime Othryadem Plutar. indicat: At Lacones trans Thermopylas cecidisse constat diuerso loco & Opuntio Maliacóque sinibus, quorum hic Mela meminit uicino. Strab. libr. 9. iuxta Thermopylae locum fuisse scribit Poliandron, multorum uirorum sepulchrum: et iuxta columnas, 5. erectas, in quorum prima id Epigramma inscriptum fuerit: Quos pro se in Medos morientes Græcia uidit, Vrbs pia Locrorum, nunc mater Opuntia claudit. Fuit & hæc iuxta Laconū uulgata inscriptio: Dic Lacedæmonios, hospes, hac parte iare, Dum illorum rigidis legibus obsequimur. Hæc indubie illa sunt Laconum monumenta, quorum Mela meninit. Meminit eorundem libro septimo Herodotus. **d** Thermopylae. Liuius lib. 6. quartæ Decados: Id, inquit, Thermoplarum iugum, sicut Apennini dorso Italia diuiditur, ita medium Græciā diruit. Quo in loco idem author de Græcie situ excusuq; non sanè contemnenda tradit, nomen illæ à Thermis accepereunt, quæ passim circa præælsa iuga, quas illi pylas uocant, scaturiunt. Lege Strabonem libro nono. **e** Opæs. Eadem & Opus Opuntis, ut supra. De Scarphia etiam Ptolemeus, & ante alios Strabo. **f** Cnemides. Strabo libro nono, Secundum Daphnunecm, inquit, Cnemides sunt locus munitus, in quem ex Eubœa Cœneum regione consistit promontorium, in occidentem spectans, sinuque Maliacum &c. Vide tab. 10. Euro. Ptole. De Alope Strabo. Plin. intra Pagaseum, & Maliacum stauit. **g** Anthedon. Bœotij littoris in Eubœam spectantis extrema, Stra. Iuxta fuere Aegæ, aliæ à Macedonicis, & clarissimum Aegæi Neptuni fanum in Eubœa. ad Anihedonem mons Mesapius, à Mesapo, à quo Iapygia in Italia postea Mesapia dicta est, Straboni. De Larymna, ad quam Cephisus egreditur in mare, ex Plinio et Strabone omnia sunt nota. De Aulide Ptol. cæteri, & quod ad historiam fabulosam attinet, Homerus libro Iliados secundo.

h Agamemnoniæ. Nam Agamemnonis nisu bellum in Troianos conflatum est. **i** Marathon. In quo Taurū Theseus conficit, de quo Ouidius libro. 8. transfor. Te maxime Thesei Mirata est Marathon Creti sanguine Tauri. Scribit digna lectu in uita ei. Plutarchus. Strabo lib. nono, & in Atticis Pausanias. Milciades dux exercitu nō maiore 10. millium, aciem Persicam. 110. millium, maxima constantia & fortitudine occidit, & in fugam uertit, ut Iustinus libro secundo, & 5. libro Herodo. scribunt. **k** Rhamnus. A qua Rhamnusia dicta Nemesis. De Amphiarao Vate ex Strabone, & Pausania nemo ambigit. Cicero libro de diuinatione primo: Amphiaraum, ait, sic Græcia fama honorasse, ut & deus haberetur, & ab eo solo, in quo humatus esset, oracula petarentur. Phidiacam autem Nemesis nominat, quod eius illuc à Phidia sculptum simulacrum extiterit. Strabo libro nono, Diodoto statuario plerosq; id tribus ait: multos autem Agoracrito Pario adeò magnitudine pulchritudinéque eximū, ut cum Phidie operibus emulatione contenderit. Solinus in Græcia locis haud dubie, ut solet, plerunque hallucinatus: Rhamnus quoque (inquit) in qua Amphiaraï fanum, & Phidiacæ signum Diana. Nam Nemesis, non Diana reliqui meminerunt, id quod in Atticis Pausanias euidentissime docet. **l** Thoricos. Hæc & Braurō, ex harum fuere numero, quas in unam ciuitatem aliquando redegit Theseus, Straboni. Hermolaus in. 37. Plin. hoc nomine apud Melam populum intelligit, aucta urbem esse Pomponius indicet. In Braurone uero uetusissimum Diane Taurice cognominata statuam fuisse Pausanias in Atticis scribit. Inde & Brauronia dicta. Nam, eodem authore, Iphigenia cum ex Taurica fugit, Diana simulacrum, quod secum attulit, illuc reliquit, inde Athenas profecta. Sed & Thoricos argentarijs metallis olim nobilis, Plinio. **m** Sunium. In extima Hellade. Ideo expositum Ouidi. dixit. 4. Fastorum: Sunius expositum, Pyrrheaq; tutu recessus

Laconū trōphæa.

Thermopylae.

Anthedon.

Marathon.

Milciades.

Solinus.

Diana Brauronia.

esta recessu Liquit, & in dextrum qua iacet ora latus. Statius lib. 12. Thebaid. Linquitur Eois longe spectabile proa
ris Sunion &c. hodie caput columbarum nautæ nominant: est autem Sunium tam oppidi illic quam loci nomen, Cice-
roni ad Atticam. a Usque ad Megaram. Vide tabulas, que unice id monstrant. b Modo. Paulò ante.
c Pyrrheus. Strabo: Pyrrheus, inquit, Athenarum portus, & emporium duorum nullum passuum muro recedes
tibus Athenis iunctus, quadrin gentarum nauum capax. Multi Pyrrheum, plerique Piraeum pronuntiant scribunt-
que, & Pyreum, à quo Pyrrhaea & Pyr-
rhea accusandi casu, ut Statius lib. 12. in
catalogo copiarum, que Theseum seute-
sunt: Munychiam et trepidis stabilem Por-
rhea nautis. Et Pyrrhea plurali, ut Oui-
di. loco ante citato. Illud notandum, Pyraeū
& portum esse et oppidum. De portu Gel-
lius assiduus author cap. 21. libri secundi,
Ab Aegina, inquit, in Pyreum complusau-
li corundem disciplinarū sectatores Græ-
ci Romanique homines eadē in naui trā-
mittebamus &c. De oppido idem cap. pri-
mo libri. 15. Cum oppugnaret L. Sylla in
terra Attica Pireum &c. Ut uideri posse
Pyreum portum, oppidū Pireū dici. Vtrā-
que Pyrrheum, & adiective sine discrimi-
ne Ouidi. libr. 6. Meta. portus Cecropio Pyreēaque littora tangit. Iuxta Munychie Diana sacrum fuit, & Iliissus am-
nis, de quo digna lectu in Atticis Pausanias. Et Callirhoë fons nouem fistulis insignis, atque ideo è viceq[ue]dō cognoscitur
minatus. Tameisī Cruneson corrupto uocabulo alium à Callirhoë fecit Solinus, cum eundem esse lib. II. Statius, & li-
bro secundo Thucydides confirmant. Lege in Plinianis castigationibus Hermo. cap. 7. libri quarti. d Scy-
ronia. Hæc ad. 6. mil. passuum procurrentia uiam maritimā non admittunt: que super ea uia est in Attin et Megarā du-
cens, excelsa & transitu periculosa est: nam sepe ex precipitijs subtus estuans mare obstante casum minari uiatori
solet, ut Strab. scribit. Petre Scyronides nominatur. Pausanias in Atticis, Scyronem scribit ejcere in pelagus solitū,
quaunque in eum locum incidissent, eūq[ue] post à Theseo simili poena afflictum. Mox in rebus Corinthiacis, In Isthmi,
inquit, initio locus est, ubi Schinis latro apprehensas piceas in terram flectebat, & quos pugna uiciisset, hos alliga-
tos sinebat in aērem efferri: quo circa cum utraque arbor alligatum ad se traheret, uinculiq[ue] modus in neutram laxa-
retur partem, sed utring[ue] pariter conuelleret, euenerat ut qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quo-
que Schinin Theseus dilaniauit, uiamque que ex Troezene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Hacte-
nus Pausanias. Hinc Quidio quoque Meta. septimo, aliis Scyron, aliis Schinis est. e Isthmon. De Isthmo in Co-
rinthiacis prope omnia Pausanias. Notum est adagium: Isthmum fodis, cum rem cassam moliri quēpiam significamus:
multi enim ut tanti ambitus molestia carerent, transfodere angustam illam conati, re infecta defliterūt, ut Plin. scri-
bit capite. 4. libri quarti. Pari modo Nicanor Seleucus cum Isthmon, qui inter Euxinum et Caspium est, perfodere ali-
quando cogitauit, à Ptol. Ceraunio paulò postea intersectus. Græci in uniuersum iō μόρι terram inter maria angustā
nominant, ut diximus. f Cenchreæ. De hoc loco in Catechesi retulimus. g Fanū Neptuni. Stra. In Isthmo,
inquit, Neptuni, quem Isthmum uocant, templum eminent picearum arborum luco circumclusum, ubi ludos Isthmia-
eos decertatos Corinthijs celebrare soliti sunt. Plin. quoq[ue] Cenchreæ, inquit, pars altera, cum delubro Neptuni, quin-
quennalibus in clyto ludis. Hos Theseum instituisse ad horum emulationem, quos ad Olympiā Herales coepérat, scri-
bit in Theseo Plutarch. fuerunt inibi Isthmia ludi Palemoni sacri. Nam Pausa. in Corinthiacis scribit, hunc in locum
Melicerten puerum à Delphine euectum fuisse: in eumque illic iacentem Sisyphum incidisse, & sepelisse in Isthmo,
instituisseq[ue] in eius honorem Isthmicum certamen: Melicerten autem mutato nomine Palemonem appellatum. Memi-
nit horum Statius libro Thebæ. 10. à principio. h Corinthus. Posita in angustijs atque in fauibus Græcia, sic
ut terrena claustra locorum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa coniungeret, cum pertenui discrimina-
ne separarentur, quemadmodum in oratione de L. agraria scribit Cicero. Potentissima ante, quam à Romanis cape-
retur, & M. Cicerone pro Pompeio totius Græcia lumen appellata. Viros habuit innumerabiles, peritia reipublicæ
administrandæ, & præclararum artium captu præstantes. Strabo scribit, Corinthios populi Romani legatos, cum for-
tè testa quedam magnifica præteriſſent, sordibus effusis cōmaculare ausos. Cuius gratia cum alia quoque superbie
atque insolentia eorum haud obscura extarent argumenta, in genti comparato exercitu, L. eam Mumius Imp. solo
& quauit (id enim superbia meruerat) signis tabulisq[ue] preciosissimis in urbem aportatis. In hac sumptuissime Vene-
ris scortum Lais, cuius Gellius meminit, egit, idoneam moribus sedem habuit, Corinthiaca cognominata, cum Sicula es-
set: nam Nicias ex Hycaris Siciliæ captiuam in Græciam uexit, Corinthique diuendidit, omnium eius temporis merca-
triacum formosissimam habitam. Mortua extra urbem ad lucum Cranion cupreō uirentem, monimentum habuit, leona
insculpta, que prioribus pedibus arietē complectebatur, authore in Corinthiacis Pausanias. Solinus in Siciliæ descri-
ptione: Hinc,

Callirhoë.
Solinus.

Saxa Scy-
ronia.

Scyron.

Schinis.

Isthmos.

Isthmia i-

Corinthus.

Lais

Solinus

ptione: Hinc, inquit, Lais illa, que eligere patriam maluit, quam fateri: Corinthiacam enim se simulauit, cum captiuus esset ex Sicilia. **a** Acrocorinthon, quod in edito sita sit. Statius libro septimo: Qua summas caput Acrocorin= thos in auras tollit, & alterna geminum mare protegit umbra. Hinc bimarem eam poëtæ uocant, Ouidius libro Fa= storum quarto: Adriacumq; patens late, bimaremque Corinthum. Horatius: Bimarisue Corinthi Moenia. Quin & istum eo cognomine Ouidius donat. lib. Met. septimo: Qui uirtute sua bimarem pacauerat Isthmon, & sexto libr.

Acrocorin= thos.

nia ex summa arce, quam **a** Acrocorinthon appellant, maria vtraque contuens. Peloponnesi oram (si, cut diximus) sinus & promontoria lacerant: ab oriente **b** Bucephalos & Chersonesus, & Scylleon: ad meridiem **c** Malea, **d** Tænaros, Acritas, Ichys: ad vesperū Chelonates et Araxos. Habitāt ab Isthmo ad Scylleon **e** Epidaurij Aesculapij templo inclyti,

Queq; urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo, Exteriusque sita bimari spectantur ab Isthmo. Græci διθέλασοπ uocant, id est bimarem. Quæ uox capite, 37. Actu unu Apostolorum nihil à prioribus mutata legitur. Pyrene uero fons haud affluētes aquas habet, ceterum perspicuas ad imum potuque suauissimas, Straboni. De eo Persi us: Heliconidésque, pallidamq; Pyrenem &c. Adagium est, Corinthum & uallibus deprimi, et collibus surgere: in eos qui in=

Pyrene.

Adagium.

tractabilis & nutantis animi sunt, ut scite E R A S M V S ait, aut in locum quempiam, quem ut parum fertilem sub= obscure notare libeat. **b** Bucephalos. Plinius haud longe à Cenchreis, eo ipso loco portum facit, cui cum Ptole= meo conuenit: nomen ab equini capitinis effigie indeptus est, ut coniecturari licet. De Chersoneso & Scylleo longe in ortum prominentibus, nec distantibus multum, Ptolemæus, Plinius, alijs. Hunc autem à Scylla Nisi filia illic in mari re= lista putant habuisse nomen, ex Eustathio. **c** Malea. Plinius itidem à Scylleo in meridiem Maleum ponit, Pto= lemeus libro tertio: Omignaton, ni fallor, nominat. Promontorium ipsum iuxta nauigantibus infestum est, adeoque se= uum ut persequi nauigantes uideatur. Maro lib. Aenei. 5. Nunc illas promite uires, Nunc animos, quibus in Getulis & Syrtibus usi, Ioniisque mari, Maleæq; sequacibus undis. Stat. 7. lib. Et rauæ, inquit, circu sonet ira Maleæ. Qui= bus locis deprehenditur mediam eius uocabuli communem. Luca. lib. 6. Et ratibus longe flexum donare Maleæ, No= men à Maleo Arguorum rege inditum est. E loci pericolo locus adagio datus: Maleam legens, quæ sunt domi obli= uiscere, quo in omni præsentे pericolo significando utimur. Plutar. certe in Arati uita Maleam uentis æstibüsque atro= cem esse, testis est. **d** Tænaros. Ad medium meridiani lateris, & longo in fluctus prouersu tenuer. Vide Ptole= meum tab. Europe. 10. De alijs promontorijs in eandem sententiam lib. 7. Stra. Id addiderim Chelonatem Ptolemeo Chelonitam dici, & iuxta eiusdem nominis sinum. De Ichti etiam Thucydides, quod inibi Valla piscem transtulit: ob id ab Hermolao reprehensus, quod proprijs nominibus, esto significant, per omnes linguas suis esse debet locus: pari modo in eiusdem authoris libro secundo, ubi de Callirhoe fonte, qui Græcis Ἐρεχθίως cognominatur, ipse nouem f= stule, quanquam minori culpa, quam quod Ichtyn piscem transtulit. **e** Epidaurij. Ab Epidauro, in orientale littus supra Corinthum sita, clarissima urbe. Plin. quoque lib. 4. in Saronico, inquit. Epidaurum oppidum Aesculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus, obq; artis præstantiam in decorum numerum relatus, cum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicauit anguem, quod multa huic ani= mali remedia insint, ut Plin. scribit lib. 29. cap. 4. Ideo anguis Aesculapius Romanum uetus uideri potest, de quo Va= lerius in miraculis lib. 1. Strabo libro octavo scribit, templum hoc & grotantium multitudine undiquaque confertum fu=isse, pendentibus passim tabellis, quibus sanati languores inscripti erant. Quem morem ueteribus receptissimum fui= se uel illud Ouidij. 8. Metamorphoseon indicat: Vitta medium, memor esque tabellæ, Sertiæque cingebat, uoti argumē= ta potentis. Nos id ipsum quoque utinam parum superstitione, ut alia ueterum pleraq; non ita pridem imitari cœpi= mus: nec essent qui questus gratia miraculis quibuslibet fauentes, non raro Taciti uanitatē nugando uincerent. Qui= pro confessu credo Christianæ religionis odio, libro. 20. tradit, T. Vespasianum Alexandriae, cæcum genibus affla= xum,oris excremento illitis oculis uisum restituisse: rursum alibi ægrum manus tactu sanasse. Idq; ab his qui coram uiderint, sua etate narratum ait, obstinatiæ mentiendi uanitate. Nisi quis has præstigias impostori spiritui tribuen= das existimat, quem miraculorum artificem esse supra ueteris historiæ fidem, Pauli testimonium, communem ecclesiæ consensem, ipsamq; experientiam, ueritatis magister C H R I S T V S multis in locis indicauit. Qui ne suos quidem discipulos adeo miraculorū magnitudine, & fide conspicuas esse inter homines uoluit: quin et falsis Prophetis, quos in die iudicij cognitus non est, horum ostentationem permiserit, ut impijs etiam prophetæ spiritum non negarit. Porrò Iannem & Mambrem Aegyptios magos, cum Mose seruo dei miraculorum magnitudine contendisse Chryso= stomus tradit, Quorum reminisci non uolunt, qui nimis temere, meo iudicio, ne dicam impie, quilibet rara nouita= tem precum occasione obtingentem, quam interim aut casui, aut naturæ, non raro dæmonum fraudi tribuere queas, confessim mirari, extollere, & sacrorum annalibus indere consueuerunt: idq; utinam tam facerent, solide pietatis studio, quæ à precepto ne latum quidem digitum recedit, quā solent questus gratia, non hoc tantum genere uulgi simplicitate abuti. Profecto, ut uerutissimus est fraudis excogitator demon, & sui colendi, ut in ciuita. dei. 10. libr. August. docet, mire studiosus, præterea & miraculorum accessione in caducis præsertim, & naturæ imperio subdi= tis rebus, quas uere Christiani contemnunt, locupletissimus ostentator: ita pientissimis quibusque circu spectissime ob= seruandum,

Malea.

Adagium, Tænaros.

Valla repre= bēsus.

Epidaurus i= Aesculapius

Taciti uanit= tas.

Dæmon mi= raculorū ar= tificx.

Iannæ. Mambres. Contra eos q; miraculis facile creditū

Fraus diabo= li.

Notæ.

feruandum, ne dum superstitionis cultibus plus satis indulgere nos uiderit, adq; id ipsum illexerit, eos ipsos que admodum ueteres gentium cultus, ementitis miraculorum fucis Deo permittente, tueri perget, & magnificare, nosque incet falsis bonis, qui semel per infirmitatem fidei, uera bona negligere cœperimus. Sed huic periculo quis non uideat sua superstitionis aliquorum in ueneratione sanctorum abusum ancillari, ab his hodie nauiter retetur, qui publicæ saluti, atq; etiæ charitati, priuata cōmoda anteponunt: de quo quidem referre cū ad me non attineat, ne presentis quidē satis instituti fuerit. Et video hanc noxiā uesania à doctissimis nostræ etatis Theologis quibusdā satis superq; excusā, proditā, & eliminatam esse: nupérq; Tiguri Heluetiorū HVLDRLICHO Zinglio solidissimo Theologo firmis lateribus cōcionante penitus proscriptā. Quod ad me attinet, uelle equidem Ezechiae optimi Iudeorū regis constantiam imitaremur, qui serpentem æneū, illū, cuius. 21. cap. Numeri scriptura meminit, iussu etiæ Dei à Moze in afflictionum salutē suspensum: cū multis post annis in facti memoriam seruatus esset, & populus errans, nec dū mysterij capax, in censum illi adoleuisset, atq; (ut Augustinus ait) tanquā Idolum colere cōpisset, magna cōstantia, nec impari gloria friggit, & aboleuit. Indignū ratus, ut sinistro signorū cultu increbrescente, sui à legis præscripto ad anilē metū, & suā pietatis tectorijs superstitionē trāsuersi raperētur. Cernebat enī, opinor, nusquā grauiorē esse, nec usq; proniorem mortaliū casum illo, qui à pietate ad superstitionē incautos præcipitat: innata nobis rerū, uel opinione sacrarū, cū formidine quadam coniuncta reuerentia. Qui uero ad hæc cōniuere, & his in cōmodis credentiū, suū ut parēt cōmodū, sine fine curare solent, Hieroboæ mihi persimiles uidentur Samariæ regi, illi seruiliis ingenij uiro. Qui quidē, ut. 12. capite tertij libri regnorum scriptura docet, & libro. 7. de Ciuitate Dei Augustinus testatur, in Deū ingratus, uerius ne regnū suum ad domū Dauid reuerteretur, si populus ad sacrificia domus domini, que erat in Hierusalē, permitteretur. Idolorum uanissimo cultu retinere eum nefanda impietate maluit, quam permittere, ut regni sui, hoc est caduci & transitorij boni, factō dispendio, ad ueram ille Hierusalem ascenderet, uero Deo sacrificatus. Fateor autem intercessionem sanctorum eam esse, cui nemo non debeat, ne quis obiter in eorum memoriā suspicetur, qui diuorum uenerationi parum tribuunt: tantum hoc mihi nemo eleuet, quod sanctis placere hominem non credo, qui Deo non placeat. Rursum quemadmodum misericordiam, et remissam peccatorum Dei esse scimus, ita hec ipsa non nisi Deum præstare, ut omnis boni rationem ad hunc ceu fontem & authorem, cum gratiarum actione referre debeamus. Diuis autem gratiam habere, quod sua intercessione illius uoluntatem apparatiorem fecerint, aut certe id agere quod agunt non desinant. Petrus Lombardus libro sententiarum. 4. distinct. 45. non obscure indicat: omnem sanctorum intercessionem à sola Dei uoluntate, in quam illi potissimum intendant, pendere. Ceterum cum sanctorū nomine ueteres scripturæ interpretes, frequenter eos intelligent, qui in humanis agentes, iustitia regni Dei præcellunt, horumque intercessionem proficiam esse tradant: fit, ut is non minus q̄ illis debere nos uideamur. Ita tamē ut CHRIS T O nunquam non debeamus, cuius de se se intercessore hæc sunt apud Ioannem. 15. capi. uerba: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Quod diuis Paulus uelut exponens in Epistola ad Hebreos. 2. capi. CHRIS T O V M ait fratribus similem redditum, ut misericors esset, & fidelis pontifex in his que apud Deum forent agentes, ad expiandum peccata populi. Proinde diuis Chrysostomus, quem inter receptissimos Euangelij interpretes erudit numerant, Homilia. 79. orandi præscribens modum, ad solum Deum omnia dirigenda monet. Quo loco indicare uoluit, opinor, è quo petere præcipue debeamus. Nam in Homilia super Matthæum quinta, in eos inuichens, qui omnem subsidij fiduciam in sanctorum preces reiiciunt, nihil interim (sicut hodie ferè solemus) meliores facti. Non igitur, inquit, quasi oscitantes & desides, ex aliorum meritis pendeamus: habent enim uim pro nobis, & quidem maximam orationes supplicationesque sanctorum (uiuos intelligit) sed tunc profecto, cum nos quoque id ipsum per poenitentiam postularimus, & ad studia meliora configimus. Augustinus quoque de Eleemosynæ fructu simile quid refens lib. 21. in fine, de sanctis qui in humanis erant, intellexit: id quod me silente ex ipsa lectione deprehenditur. Rursum Chrysostomus paulò ante citata Homilia: Si uero, inquit, mente uigilemus, etiam per nosmetipso istud ualeamus efficere, & multò magis nostro quam alieno tuti esse suffragio: nam & Deus salutem nostram non tam alijs rogantibus pro nobis uult donare quam nobis, ut hoc ipso quo iram in nos eius placare cupimus, ad studia meliora migramus, & fiduciam bone conscientie colligamus: quam sententiam idem author Homilia in Epistolam ad Philemonem tertia, pari uerborum grauitate repetit. Non ignoro autem ex Diametro, ut aiunt, diuersa ab his alicubi Gregorium opinari, tantum diuorum intercessioni tribuentem, ut existimet pleraque esse mortalium uota, quæ absque hac in conspectu Dei locum non habeant. Quæ sententia quanquam pia uideri cuiquam potest, tamen scripture testimonio nitatur ne e ne, non est meum decernere, qui uideam tamen Chrysostomi doctrinam & piam esse & Euangeliam, & Augustini autoritate confirmatam: qui libro uigesimo primo ultimo capite, cum ostendisset fuisse aliquando qui parabolæ Euangelice, quæ est apud Matthæum. 13. capite de terra bona, innixi, ita futurum sibi persuaserint, ut sancti pro meritorum ratione in die iudicij tricenos homines, atque etiam centenos & sexagenos liberaturi essent: mox subiungit, Bene potius esse uiuendum, ut in horum qui pro alijs liberandis intercedunt, numero demum representiamur: alioqui eueniire posse, ut paucis liberatis maior hominum pars è poenis erui non quiret, quæ sibi spem uidelicet impunitatis, fiduciāmq; alienæ opis temeritate uanissima arrogauerit. Quo loco manifeste, opinor, horum sententia reuellitur, qui de generem uulgi simplicitatem, ad extrarium sanctorum opis fiduciam trahere malunt, idq; non raro coniecturarum & opinionum in certitudine, quam ad fidem, spem, & charitatem, quibus omnia insunt, exempli cohortari. Porro si quæ diuorum uox præposterioris preculis urgenti cuiquam in hæc herba dicat: Ut audiaris oras: in teipso

Huldreichus
Zinglius.
Ezechiae
pietas.

Hieroboæim
pietas.

Sanctorū in
tercessio.

Petrus Lō/
bardus.

Ioannes.
Paulus.
Chrysosto/
mus.

Augustinus

Chrysosto/
mus.

Gregorij o/
pinio.

Protopope/
ia.

orari in teipso ut exaudiaris bona causa pars est. Crede baptizatus, et saluus eris. Peccasti? ingemisci et poenite, iam exauditus es. Labasti? peccator es, cuius mortem se nolle dicit dominus, rursus audiendus uenis, agnosce crimin, et renouanda mentis subi consilium, nec falle, nec tempus bonis operibus prescribe, eternum indu propositum, ne personata poenitentia sit, quam profiteris. Preces ostentas? iejunum pallore et frontis rugis, ipsique superciliositate uenit; et assam rem agis. Curandum potius, ut a malis abstinere te homo uideat, quid uero agas in proximis,

8^a Troezenij fide societatis Atticæ illustres.

quid ores, iejunes, Deus sciat: damno est omnibus honorum operum ostentatio. Quin dicimus, opere orare magnam rem esse, et ad persuadendum efficacissimam. Mu

Opercorare

Persius:

Augustinus:

Omni spiritu
tui non absit
tiendum.

tos et elingues exaudit Deus, et gemitu peccata confitentes non respuit. Scito tum demum frugiferam esse orationem, cum bonorum operum coepit esse comes. Omnia scia uero Dei mens est, nec barbam simulatori uellendam prebet eternus Iupiter. Qui cogitationes quidem, et cordis secreta scrutatus, nec a fronte, nec ab habitu, nec sane a ceremoniarum apparatu, quibus mortalibus uobis imponunt Hypocrite, sed a spiritu operis deriuat rationem, dignum an inde estimans. Iam cum omnibus nobis id studium sit, ut nullo in momento a uoluntate Dei recedamus, ac ne possimus quidem, si uelimus maxime: id tibi curandum o pecator, ut eterna illa uoluntate misero tibi conciliata nolis, per quod id ipsum precibus nostris, quae alioqui perpetuae sunt, non obstat. Fatum sane in nobis orationis officium te facere, cu quod Deum in nobis honorant, qui uenerantur, tum etiam quod partem ille gloriae suae in sanctis esse uoluit. Ceterum nunquam ita futurum crede, ut pronam et toties promissam tibi misericordiam eius efflagitare necesse sit, si tua teipse dignus esse pergas, cui ea impartiatur. Dignus autem fueris, si iusta petens ita instituas animum, ut a supremis labbris meis non dissentiatur. Alioqui quid prospicit, aliud urgere precibus, aliud ope prestare? Poscis opem neruis corpusque, fidele senectate? Esto agere, sed gradi patine tuncetaque crassa Annure his superos uetere Iouenque moratur. Avariciae dedisti nomem? CHRISTI membrum non es. Superbia tumes? in grege suo habilitate spectando te Deus non recipit. Inuidia palles? Proximum ut te ipsum non amas, nec placere Deo potes. Injustitia in solecissus regni promissi particeps non eris. Crapula distederis? Scito in spiritu imundum sapientiam non ingredi. Quare in primis regnum Dei, et iustitiam eius, et cetera tibi adiicientur. Ridiculus est qui se frigere queritur, et frigida interila uat. Nec alijs grauius succescit Medicis, que sanare uelint, et a uetitis cibis non abstinent: qui coram multis libat, mox cum ille abest, uino se ingurgitat. De te quod sentire Iouen autumas, quando studio quodam uponedi diuinæ iustitiae, coelum ore poscis ridiculus, ope Geennam queris? Tunc sane nostris precibus apud Deum locus est, cum preceptis eius pares, et quod ille iubet, non despicias. Cur nostris uestigis non insistis? clamans, oras, Regni mundi fuisse nos contemptores, eamque ob rem festis diebus dignari pergis. Ceterum ut paria prestes, cum hec unica sit ad felicitatem via, nullo moueri exemplo, nulla trahi persuasio potes. Nos te saluum esse cupimus, idque nobis eternum uotum est, nec nisi gratus fueris, si ut precari non desinamus petis: per te fit aut ut aut profice illa, aut cassae preces existat. Nobis certe uoluntas Dei incomutabilis lex est. Si in qua diuorum uox aliqua preposte precalis urgenter cuiuslibet modo dicat, quid respondeat? Sed de sacrificiis Augustini uerba citare libet, quae. 7. cap. lib. de ciui. Dei. 11. sic habent: Merito illi in celestibus constituti immortales et beati, qui creatoris sui participatio ne congaudet: cuius eternitate firmi, cuius uirtute certi, cuius numine sancti sunt: quoniam nos mortales et miseris, ut immortales beatique simus, misericorditer diligunt: nolunt nos sibi sacrificare, sed ei cuius et ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Hactenus Augustinus. Cuius uerba me eius quoque rei comonet, ut in quaestione uocandam horum sententiam existimem, qui sanctos memorie gratia sui, et tanquam de se, suisque operibus uelut iustificantibus, atque adeo priuatis de meritis, fiduciam habuerint, diversa iuuandae mortalitatis munia, ceu mnemosyna quedam ambijisse tradidit: cum Chrysostomus tam dicat: quis est homo natus de muliere, qui credit iustum se esse inueniendum in prospectu illius? Non est autem absentiendum omni spiritui, id genus monita uisionesque dormientibus aut uigilantibus ingerenti: quemadmodum prudenter sacrorum canonum authoritate cautum est. Non quiescit enim impostor ille spiritus, et falsis se se doctrinis uenditare, non definit demonium meridianum: mirisque prestigiorum fucis, quemadmodum iam olim in Aesculapij templo, nihil melior factus, benefacere, etiam sanare et ditare pergit, satis superque eo ipso diues si fractis animis nostris specie ueri, quam ad pie tam collata superstitione habet, a uero sacrificio ad fucatas ceremonias, ac planè a sacrificio domus Israël, ad idolatriam Hieroboan, denique abduxerit. Evidenter Augustinus sequor, qui capite 14. decimi de ciuitate Dei, sic inquit: Omnia quippe que prestare hominibus uel angeli, uel homines possunt, in unius esse omnipotentis potestate, quisquis difficitur, insanit. Hic igitur preuenit, hic orationis, hic omnis meditationis nostra sit scopus. Sed ad Aesculapium, a quo data occasione diuertimus, reuertamur: de quo in serpentem uerso, quem ueteres Epidaurium cognominarunt, Ouidius meminit libro Meta. decimoquinto, et alicubi perquam apte Horatius. a Troezenij. In ipsa Chersoneso Troezenij: siti, ad quos recto cursu ex Pyre commodiissima nauigatio est. Eo igitur tempore, quo Xerxes tantis copiis in Graeciam traiecit, cum Themistoclis oraculum interpretantis sententia ualuerit, ut terra relicta, mari se concrederent: innuitum omnem Athenienses in triremes imposuerunt: plurimi uero parentes et uxores in Troezenen, Troezenis eos humanissime suscipientibus. Decreuerunt enim ut hi publice alerentur, duobus obolis in singulos distributis: pueris que facta potestas, ut undecunque liberet, poma acciperent, et pro his erudiendis, magistris merces persoluta est. Eius decreti author Nicagoras fuisse traditur. Hactenus in Themistoclis uita Plutarch. Merito ergo fide Atheniensibus sociis seruata illustres eos Pomponius nominat: quid enim prstantius, quid fidele magis, quam eos quibus

Saronicus
portus.

Schoenitas.

Erasinus.

Githius.

Tanarum.

Alpheus.

Pylos.

Cyllenus
Mercurius.

cum multa amicitia familiaris fueris, in rebus aduersis omni studio & officio adiuuare? **a** Portus Saronicus. Ptolemæus sinum facit Saronicum. Plin. quoque Sinus, inquit, Saronicus, olim querulo nemore redimitus, unde ei nomen, ita Græcia antiqua appellante queram. Multi à Saronem deo marino. Nam Saronem fuisse regem, qui illuc Atlepice marine regioni imperarit, in Corinthiacis meminit Pausanius. **b** Schoenitas. Ptolemæus Schoenem. Plin. Portus, inquit, Schoenitas: ubi Hermolaus Coenitas defendit, uerum mutata sententia, alibi Schoenitas legi posse afferit. Pagoni mihi unicus Mela est author, nam alibi, quod equidem sciam, non legi. **c** Troezen. Vetusissima, nam Pitheum regē habuit, eum qui Thesei maternus avus fuisse fertur: ut ideo ab Ouidio Pitheia dicta videatur, ut libro sexto: nec adhuc Pitheia Troezen: & libro ultimo Meta. Est prope Pitheiam tumulus Troezena. &c. **d** Hermione. A qua Hermionicum sinū cognovinat Stra. clara illa fuit iunonis phano. **e** Argolicus. Plin. qui sequitur (Maleam scilicet) Argolicus appellatur, traiectu. 50. millium passuum. De reliquis sinibus Pomponio cum ceteris conuenit, nisi quod Asinæum, cui ab Asine oppidum est nomen. Strabo & Ptolemæus Messenium nominant: cum & Coroneus à Corona, quæ et ipsa in eo flexu est, dicitur Plinio. Cyparissius autem à Cyparissa: est & Cyparissium promotorum ad eundem sinum Ptole. Horum series cum in omnibus propè codicibus māca intricataque foret, nostro Marte digesta est, & clara facta.

f In Argolico. More suo ad Argolicum reuersus, quid singulis sinibus illustre dignumque memoratu insit, ostendit. **g** Erasinus. Qui terras subit, rursumque redditur, sicut in Asia Lycus, in Mesopotamia Tigris, Plinio. Ouid. libr. Meta. 15. Sic modo combabitur recto quoque gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus. Lege Herodo. libr. 6. ubi de Cleomene. Inacho uetusissimus Arguorum rex Inachus nomen dedit, Solino. **h** Lerne. A quo Lernæa palus, & hydra illa Lernæa dicta. **i** Githius. A Githio fortasse illic oppido, Ptolemeo et Plinio, qui trans Maleam libr. 6. idem numerat. Meminit & Liuius. 4. libro quartæ Decados. Eurota nomen Eurota puella Taygetæ filia dedit, Stephano. Multa olim ad eius ripam Laurus, unde & Maro in Sileno: Audijt Eurotas, docuitq; ediscere Lauros. **k** Tanaro. Nomen promontorio est à Tanaro Iouis filio, & Calabri fratre: qui cum in ea loca peruenisset, Neptuno templum extruxit, auhore in urbibus Stephano. Hoc est Tanaron, in quod Arion Citharcæ artis magister, Delphini dorso per Sialos Ioniisque fluctus in columnis transversis est, ut capit. 8. libri. 9. Plin. & Herod. libr. 1. scripscrunt. Properea duo quondam inibi simulacra celebria fuere, unum Delphi ni uehenis, alterum Arionis insidentis, utrumq; ære fusum, ut libr. 16. tradit Gellius. De Tanaro Stattus libr. Theb. 2. Est locus, Inachæ dixerunt Tanara gentes, Qua formidatum Maleæ spumantis in auras It caput, & nullos admittit culmine uisus. Cum reliquis ad hunc Pomponij locum mire facientibus. **l** Speus. De altero in Bithynia, retulimus. Ouidius lib. 7. Specus est tenebroso cæcus hiatus, Est uia declivis, per quam Tirynthius heros Restantem contraque diem, radiosque micantes Obliquantem oculos nexis Adamante catenis Cerberon attraxit. &c. **m** Pammum. Plinius libro quarto. In Messenia duodeuiginii montium, amnis est Pamissus. **n** Alpheus. Qui mensus, in Sicilia Arethusa reddit. Vide Seruium ad principium libri Georgiorum tertij, Maro Aeneidos tertio. Fama est hic Elidis amnum occultas egisse uias subter mare, qui nunc Ore Arethusa tuo Sialis confunditur undis. Ipsa Arethusa apud Ouidium libro quinto Meta. sic insit. Pisa mihi patria est, & ab Elide ducimus ortus, Sicaniam peregrina colo. &c. Meminit & libro octavo Strabo, Alpheum dictum existimans, quod alphos utiliginis speciem curat. **o** Nomen. De sinibus scilicet. De Messenijs prius diximus. **p** Pylos. Vetus sanè quondam ciuitas, in agro Messenio, quem Coryphasion Græca nominauerunt, à Sparta stadia circiter quadraginta sita, ut Thucydides quarto libro scribit: Nestore alumno, qui Pylius inde cognominatus est, celebris: multa Strabo octavo libro.

q Calipolis. Non adeò celebris atque illa Macedonica, cuius Liuius quarto Decad. et Plin. mentione. De Patis etiam & Cyllene libro secundo Thucydides, indicans uere ex his locis recta in oppositam Acarnaniam continentem navigationem esse. Pro situ uero noscendo pictura duce utere. A Cyllene Cyllenus Mercurius. Claud. libr. 1. ras. pt. Cyllenus adstitit ales Somniferam quatiens uirgam, tectusque galero. Stat. libr. 7. Tegees alumnus dixit, à loco uicino: Tunc ita uelocem Tegees affatur alumnus. **r** Rhion. ꝑop Græcis promontorium dicitur, quod con-

mune

mune uocabulum huic iugo peculiariter tributum est. Nam & Corinthiacum sinum angustis faucibus claudit, & orae terrarum ad Graeciam attinentium ferè principium est. Plini. cap. 2. libr. 4. de Aetolia: Promontorium, inquit, Antirium, ubi ostiū Corinthiaci sinus minus mille passuum latitudine influentis Aetolosq; dirimentis à Peloponneso. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Liuius quoque lib. 8. tertiae Decad. Rhij huius meminit. Non praeceundum uero in tota Peloponneso montes esse sex & septuaginta, Plinio.

a Oluros. Alia in Boeotia Olyros,

in Messenia Olluros: ut ex Xenophonte & Strabone Hermolaus docuit. Ptolemaeus in his locis non Oluron, sed Olenon statuit. De Aegira & Aegio, Plinius, ceteri.

b Sicyon. A qua Sicyonij, quorum Sicyon:

uetustissimus rex Aegialeus terram illic late tenuit: ut Pausa. in Corinth. refert, tum et Aegialos uocata, Plinio. In Sicyone spe Etatissima quandam Occasionis imago extitit, authoris Lysippi, cuius erudita est. p. Politianū in Miscellaneis explicatio. Reguncula & ipsa Sicyonia dicta: E Sicyone Aratus ille fuit, cuius meminit in praestantium uirorum catalogo Plutar. Iuxta Asopus fluit, olea lauroq; uirens.

c Page. Iuxta Isthmū sit & occasum uersus.

Notandum uero hec oppida partim Boeotiae & Locrensiū, partim Aetolorum esse. Nam Page Boeotica est, Plinio.

d Oeanthe, quam Oeanthiam Mela nominat Locrorum Ozolorum. e Cyrrha. iuxta quod & Cyrrheis

campi ad Phocidem attinent, unde & Cyrrheos scopulos, & antra Cyrrheas, fontesque Cyrrheos, pro Phocensibus

Parnassus Poëte cognominant: Anticyra item belleboro clara, alia ab illa Boeotica que in Maliacum inclinat: qua-

quam de utraque ad agium intelligitur: Nauiget Anticyras, de homine uehementer insano. Creusis uero Boeotiae iux-

ta Pagas sita, quā Creusam Ptolemaeus nominat. Aetolorum Naupactus intra Rhion est, de qua ante meminimus: dem

de & Calydon, Vide Ptolemaeum. f Calydon. Plinius libro quarto. Aetolorum, inquit, est Calydon. 7. nullis

um. 500. passuum a mari iuxta Euenum amnem. Extra Rhium enim, cum tractum, qui in Adriatici fauces inclinat,

primi tenent Aetoli, mox Acarnanes, postremi Epirotæ: horum sedes Epirus, Acarnania, Aetolia, uiris, oppidis,

montibus, amnibus, rerumque gestarum memoria præ ceteris insignes. Ipsa Calydon Oenei patris Meleagri regia

fuit, que sylue, agrisque, & Apro cognomen imposuit, de quibus multa mentio est apud Ouidium libr. Transform.

g Non tacendum, & in Britannia Calydoniam syluam esse, uerum uocabula syllabis dinoscit: nam Calydon pro Aet-

olie opp. penulti. corripit. Luca. libro sexto. Euenus Calydonia fecit. Pro Britannia sylua producit, o litera corre-

pta. Maritalis: Nuda Calydonio sic uiscera præbuit Vrso. Item: Quinte Calydonios Cuidi uisure Britanos. Et libro

tertio Silius: Inq; Calydonios primus trahet agmina lucos. Quanquam sint qui e litera scribendum contendunt. Thus

cydides secundo libro, gentem Aetolorum grandem & bellicosam esse, uicosque sine muris frequentius quam oppi-

da habitare ait. His Ozolæ, quorum meminimus, ob uicinitatem genere armorum & pugnandi industria ad similes

fuere. De Eueno amne constat: fuit & Philosophus Euenus ille, qui ignem optimum esse ciborum condimentum dice-

re solebat, ut refert Plutarch.

h Leucas. In peninsula sita Leucadia, quam olim accolæ insulam fecerant quidem, uerum

reddita continentis est uentorum flatu congeriem arenæ accumulantum, ut Plini. cap. primo. 4. libri scribit. Ideoque

inter oppida continentis Pomponius numerat. Est iuxta quoque littus Leucadium & Leucates promontorium: tum

& insula, quam Neriton Pomponius infra nominat: nam Leucas in peninsula aliquando Neritum dictum est, &

& ipsa Neritis, Plinio, nomine ab insula ad continentem trans lato, ut Hermolaus existimat. Neritos certe & Silio

& Maroni insula nominatur. Non ignoro & Leucadiam insulam è regione Ambracij sinus aliam à Nerito Pom-

ponium nominare infra.

i Achelous. Ambraciā ab Acarnania superans. Thucydides libro secundo Achelous,

ait, amnis ex Pindo monte deuolutus per Dolopas, Agræos & Amphirochos, pérque Acarnanicum campum

superne Stratōn urbem Aeniadāsque interfluens, mari miscetur restagnato. Meminit eius Ouidius libro transfor-

mat. octauo.

k Epiro. Epirus Molossia & Chaonia dicta, ut est notum: in hoc tractu ingens & populosa

est, ab occasu Ionio in Adriaticum flexo & Acroceraunijs, à septentrione Pindi iugis, ab ortu Acarnania finitur,

totam oram meridianam Ionio ambiente. De ea multa Strabo libro octauo.

l Ambracio. Ab Ambracia urbe clarissima, quā ambit. Plin. Maximèq; ait, nobilitatus Ambracijs sinus faucibus spatiisq; & quor accipiens. In eū am-

nus Acheron ex Acherusia Thesprotiorum palude ortus delabitur. Meminere et Strabo & Ptol. Apud Liuiū li. 8. de

bello Macedonico, Arethō pro Acherō depravate, credo, legitur. Iuxta et Cocytus fluit, amariſſime amnis undæ. Ob

Acarnania:

Leucas:

Achelous:

Epirus:

Ambracia:

Actium.

quorū in geniū ad infernos amnes nomina transflata sunt. Est aliās in Italia Acherusia, et in Pōto Acherō, cuius Flac-
ci testimonio meminimus. ^a Actiū. Augusti Colonia, & iuxta promontoriū, ubi idem M. Antoniū & Cleopat-
ram bello nauali superauit, ciuitate tota Nicopoli in uictorie memoriam nominata. Maro libro Aenei. 8. Actia bella
Cernere erat, totumq; instructo Marte uideres Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. Ibi Apollinis quōdā Actiū
templum, & ludi quinquennales instar Olympiorū, quorum tertio Acneid. Maro meminit. Lege Strabonem. ^b

Argos.

Argi Amphilochij. Strabo quoque secūdū
Ambraciām, inquit, extare Argos Amphi-
lochiū, quod ab Amphilocho fratre, à quo
& Amphilochia dicta, iuxta iacens regia,
cum conderet Alcmeon nominauit: nam a-
liud est Argos Orestiām, siue Hippium co-
gnomine. Plin. Arcananiē tribuēs Argos,
inquit, Amphilochium cognominatum ca-
pi. 1. quarti libri. Liuius libr. 8. belli Mace-
doni: Profectus ab Ambracia Consul in
mediterranea Aetolie, ad Argos Amphi-
lochium &c. ^c Ambracia. Cui ma-
ximo Pyrrhus adiumento fuit, cum eo loco

Acacide.

ut regia ueteretur, Straboni. Vrbis eius situm reddit eleganter T. Liuius lib. 8. quartae Decad. ^d Aeacidarum.
Regum Epiri ab Aeacida Pyrrhi patre, aut Aeaco Neoptolemi auo, à quo id nomen profluxit: cum uiri huius ex Ioue
geniti amplissimam uirtutem regum illic series in præcipue laudis sibi gloriam traheret. Ciēro libro secundo de Dis-
uiniat. scribit Ennium Aeacidarum genus ut stolidum suggillasse, quod bellī paulò appetentiores essent. De Acacidis

Pyrrhus.

Plutarchius in Pyrrhi uita. Est autem hic Pyrrhus, cuius in Romanos insignia facinora exterrunt, Ennio Poëta felix,
ut Homero felicem Achillem Alexander indicauit. ^e Regia. Liuius libro. 8. belli Macedonici: Signa, inquit,

Montes.

enea marmoreaque, et tabule pictæ, quibus ornatior Ambracia, quia regia Pyrrhi fuerat, magis quam cæteræ regio-
nis urbes, eucta &c. ^f Butroton. Nota urbs ex Plinio, cæteris. Thesprotiorum est, potissimum Epiri gentis:
quanquam & alie sunt præclaræ, quarum Strab. libr. 8. fideli nomenclatura meminit. Luca. lib. 3. Thesprotii Dryo-
pesque ruunt, quercusque silentes Chaonio ueteres, liquerunt uertice Sellæ. Maro libro Aeneid. 3. Littorāque Epiri

Parthini.

legimus, portuq; subimus Chaonio, & celsam Butroti ascendimus urbem. Mōtes in toto illo proculsu clarissimi sunt.
Ad Dodonen Tomarus centum aliquando insignis fontibus, In Ambracia Cania, In Acarnania Aracynthus, quem

Dassaretæ.

Acteon Maro cognominat, In Aetolia Acanthon, Panætolium, Medion, Plinio. ^g Ceraunij. Ideo dicti quod
fulminibus infestentur, Seruio. Lucanus lib. quinto. Thessalæ saxosa timent, oræq; malignos Ambraciæ portus: sco-

Encheleæ.

pulosa Ceraunia nautæ Summa tenent. Maro: Prouchimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Meminit & Plin. cap. 23.
libr. 3. Vide Ptol. ^h In Adriam. Cuius primam oram Macedonij populi adhabitant, reliquam Dalmatæ, Illy-
rij, Liburni, Istri usque Tergestum: Quos Mela communi Illyricorum nomine censet. ⁱ Cætera Gallicis. Ad

Phœaces.

reliqua, inquit, littora, quæ trans Tergestum Italiam ambiunt, Galli Italique habitant. ^k Parthini. Plinius
quoque in ora Maædonica Parthinos, in Dalmatica alios ab his Parthenios locat, Oeneis proximos. Strabo libro se-
ptimo. Super Epidannum, inquit, siue Dyrrachium & Apolloniam sedes habent Byllones, & Taulatij, & Parthi-

ni, & Phrygi, usque ad Ceraunios montes. M. Ciēro in L. Pisonem: Achaia exhausta, Thessalia uexata, laceratæ
Athene, Durachium & Apollonia exinanita, Ambracia direpta, Parthini & Bulenses illusi, Epirus excisa, Los-
cri, Phocij, Bœotij exusti, Acarnania, Amphilochia, Perrhœbia, Athamanumque gens uendita &c. quem locum cō-

libentius citauit, quod in omnibus propè exemplaribus corrupte legitur. ^l Dassaretæ. Quos à tergo Epiro
iunctos Plin. scribit. 1. capi. 4. libr. et Strabo libro septimo in eadem est sententia. Id & Dassaretæ dicuntur. Pli-

n. 23. cap. 3. libr. de eo ipso loco: A Lyſo, inquit, Macedonia prouincia: gentes Parthini, & à tergo eorum Dassa-
rite. At eosdem esse non dubitauerim: nam qui Straboni & Ptole. Dassaretij dicuntur, eos ipsos Dassaritas Polybi-

us nominat, cum Dassaretis eosdem, ut Hermol. tradit. ^m Encheleæ. Cadmi & Hermione nepotes, qui ma-
gna olim in his locis potentia floruerunt, ut Strabo libro septimo scribit: harum oppidū fuit Encheleæ sanè uetus,
de quo lib. 3. Lucan. Et nomine prisco Encheleæ, uersi testantes funera Cadmi. Iuxta enim, Cadnum & uxorem

Hermionam longo admodum senio confectos, cum ab Ismeno illuc concessissent, in serpentes mutatos esse fabulan-
tur, ut in Periegesi Dionys. & libr. 7. Strabo referunt. Menunit & Ouidius libro transformat. 4. Græcis ἔγκε
λος anguilla serpensue dicitur. Plinius in communi Illyricorum nomenclatura libro tertio. Liburnis Encheleas iun-
git. Strabo Enchelios nominat: nisi id librariorum culpa contigit, quanquam nil repugnat & Enchelios dici eos,

& Encheleas: ut plerunque alias alias gentes. ⁿ Phœaces. Iuxta Acroceruna: habitarunt & Corcyram.

Vir. Protinus aërias Phœacum abscondimus arces. Memorati illi à regno Alcynoi, cuius Homerus meminit sexto &
octavo Odyssæ.

^o Pyrei. Plinius libro tertio supra Scodram fuisse ait Fasseos, Grabeos, proprièque dictos

Illyrios, tum & Taulantos et Pyreos. At nunc Illyriorum sedes Tergesto propior est. Libuit hæc adferre in hunc

locum,

locum, eo libentius, quod illa locorum nomina in omnibus, que uiderim Pomponij codicibus corrupte leguntur. De Liburnorum uetusissima gente nota sunt omnia. Seruius Liburnos, Rhetos, Vindelicosque esse putauit falso. ^a

Istria. Cui hoc etiam hodie nomen manet. Clarissimum ad eam oppidulum Justinopolis, quod Caudistriam uocant aco^{le}, tanquam Istriæ caput: in quod è Venetijs, cum ad uisenda illa litora soluissimus, secundis uentis aliquando delatissimus, postero die Tergestum uenit. At Tergestum Austrie principum est, Justinopolis Pauli Vergerij patria, ho-

Istria.
Justinopolis

& Liburni et^a Istria. Vrbium prima est^b Oricum, secunda^c Dyrrachium, Epidamnos ante erat, Romanis non men mutauere, quia velut in damnū^d ituris omen id visum est. Ultra sunt^e Apollonia, Salona, Iadera, Narona, Traguriū, sinus Polaticus, &^f Pola quondam a Colchis (ut ferunt) habitata, in quātum^g res trāseunt, nunc Romana colonia. Amnes autemⁱ Aeas, &^k Nar, & Danubius, qui iam dictus est^l Ister: sed Aeas secundum Apolloniā, Nar inter Pyreos, et Liburnos, per Istros Ister emittitur. ^m Tergestum intimo in sinu Adriæ situm finit Illyricum.

^{Insulae}
Supra eam in de-
cliui monte situm oppidū, cui Insulae est no-
men: reuentissima adhuc apud me memoria
colebre. Nam siti in medijs undis pressos,
tum & tedium maris, quod tunc primum
ingrediebamur, fatigatos, optimo uino, et
apparatusimo conuiuo in pristinam uale-
tudinem grati beneficentia restituit.

^{Oricum.}
^b Oricum. Plin. de eo ipso loco: At in
ora, inquit, oppidum Oricum, à Colchis
conditum. Inde initium Epiri &c. Recte
igitur primam urbium Pomponius dixit.
De Orico Luca libro tertio. Tūc qui Dar-
daniam tenet Oricum, & uagus altis Di-
spersus sylvis Athamas &c. Dardaniam
nominans, à Dardanis gente illic fera, ac
Dassaretis proxima, Plinio. Opportunissi-

ma est Oricum uersus è Brundusio Calabriae nauigatio: litora enim Adriatici non amplius. 85. millibus passuum, illic interfluis fluctibus sciunguntur. Meminit Orici sepe libro secundo Appian. & in 3. Commentario ciuilium bello-
rum Cesar. Non omiserim, iuxta Oricum tractum esse Palestinum, cuius libr. ante citato meminit Cesar, à Palæste lo-
eo cognominatum, ubi templum fuit Furijs sacrum, à quo Palestinae cognomina sunt. Ouidi. Fasto. ⁴. Sæpe Palesti-
nas iurat adesse Deas. Cuius uersus expositionem Paulo Marso debemus, prestanti Grammatico. Porro quid in illo Catulli uersu explicando, Iuro per Syrios tibi furores, Beroaldus attulerit, quidque de illo Ouidij uersu sentiat,
quāmque apte interpretetur, eruditæ & stimenti: mīhi Marsiana profecto magis arrident. ^c Dyrrachium. A Corcyrensis colonis à Phalio Corinthio deductis habitata, ut lib. i. Thucydides scribit. Appia. libr. bell. ciuilium. 2. Ab Epidamno Barbarorum rege conditore Epidamnum, ciusque portum post Dyrrachium dictum à Dyrracho Epida-
damni ex filia nepote: tandem Corcyrenses appellationem ut infaustum mutasse, portumque ab urbe, que desuper
immunet, Epidamnum dixisse. Hactenus ille. Romani uero Epidamni nomine, ut magis infausto, expuncto Dyrra-
chij uocabulum restituerunt. A Dyrrachio Dyrrachini dicti ciues. Cæro in Pisonem: Quo metu commoti Dyrra-
chini profugisse noctu trepidatum imperatorem indicauerunt. ^d Ituris. Si quando ad ea litora appulisa-
sent. ^e Apollonia. Media inter Lyssi fluminis ostia & Acroceraunia, ab ea dicti Apolloniæ, Cæsari, aliis.
^f Salona. De Salona, Iadera, Narona, Tragurio, Dalmaticis Illyricisq; oppidis, in Liburnie descriptione
Plinius: Notissima earum Salona apud Cæsarem libro tertio bellorum ciuilium. Capta olim ab Afinio Pollione. Ceterum Salona pluratiuo Cæsari & Seruio dicitur. Tragurium etiam marmore clarum, Plinio. ^g
Pola. Ad Histriam attinet, à qua Sinui nomen, à Colchis quondam conditam, etiam Plinius ait. ^h Res trans-
seunt. Tempore scilicet omnia rapiente. Ouid. libr. Meta. ultimo: Tempus edax rerum, tisque inuidiosa uetus, Omnia destruitis, uitiataque dentibus æui Paulatim lenta consumitis omnia morte. Et Cic. pro Marcello non tam elegan-
ter, quam uere: Nihil esse, & opere ac manu factum, quod aliquando non conficiat, & non consumat uetus.

Furlanum tem-
plum.

Dyrrachium

ⁱ Aeas. Ac antem in occasum uersus ex interioribus Maedonum, iuxta Apolloniā profluere Strabo libro
sesto ait. Est & Tapsus in eodem tractu Ptolemæ. & Cæsari. ^k Nar. Plinius & Strabo. Naronem nomi-
nant, à quo Naresij populi. Supra Naronem Colonia Epidaurus Plinio & Ptolem. alia ab illa Peloponensi: halluci-
nante Beroaldo, qui Seruium taxans solam illam Peloponensem asserit. Lucanus libro secundo. Seu leua petatur
Illyris Ionias uergensue Epidaurus in undas: ubi interpres Epidamnum intelligunt, potest enim & Epidannus le-
g. At qua castigata exemplaria Epidaurus habent, nil temere mutandum esse arbitror. ^l Ister. Strabo libro
primo scribit Eratosthenem, & ante eum multos in illa fuisse ignorantia, ut fluuium ab Danubio deriuatum in A-
driaticum iuxta Istros egredi tradiderint, unde & Iasonis è Ponto in Adriaticum transitus locum habuerit histo-
rie. Hos Mela securus pari ignorantiae nevo notatur. Lege Plinium capite decimo octavo. Cornelium Nepotem, &
omnes eos reprehendentem, quibus id persuasum esse potuit. ^m Tergestum. Colonia, à quo iuxta sinus est Ter-
gestinus, quem equidem nauigauit, oppidum etiamnum clarum: illustre autem dum hec scribebā, Petro Bonomo inibi
Episcopo, uiro in omnibus bonis artibus prestante, & quiq; & iusti, ut summam eloquentiam, qua pollet, preterea
am, amantisimo.

Aeas.
Nar.
Epidaurus.

Lucanus.

Tergestum.
Petrus Bo-
nomus.

ITALIA.



Talia, quia sic sita est, & illud nacta cœlum, quod multa temperie præstat: facta est frequentissima, Græcisq; undiq; ad nauigantibus aliquando peruia: maxime uero Romanis olim uictorijs illustrata, & multis ante nominibus appellata: nouissime Italæ nomine durâte, quod ei Italus Hesperi, à quo es Hesperia dicta est, frater imposuit, ut M. Cato in Originibus retulit. Primi eam Arunci, Sicani, et Pelasgi coluisse creduntur, ut cap. 10. primi libri scribit. Meruit hæc terra supra omnes alias, scriptorū

Grecorum Latinorūmq; diligentia fama & memoriam: nec est quicquam, quod intactum reliquerint, qui illud aliquādo scribendi onus subierunt, nec habuit finem in uno, rerum omnium comprehensa series, sed singulis propè seculis singuli fuerunt, à quibus laudaretur. Extant hodie excepto Pomponio, quos equidē uiderim legerimus, partim integri, partim mutili temporū iniuria, M. Cato, Myrsilus Lesbius, Caius Sempronius, Quintus Fabius Pictor, Antonius, Dionysius, Strabo, Plinius, Solinus, Ptolemaeus, Polybius quoque: & inter recentissimos Blondus Forliensis, Raphaël Volaterranus, Aeneas Sylvius, & Ioannes Annus Viterbiensis: ut totum Latinorum poëtarum & Historicorum gregem, obiter de ea tradentium, omittam. A plu-

rimis autem, quorum temporum iniuria monumenta interciderunt, descriptam eam fuisse constat. Proinde ex Plini. indicat libro primo & Mela suis id uerbis testatur, quando ait: Pauca dicentur, nota sunt omnia &c. Nos quoq; intactam eam reliquissimus, nisi (quod alibi itidem nos permouit) studiosæ iuuentutis gratia ex his quos citauimus, quæ Pomponius indicat magis, quam exponat, adiectis qualibuscunque commentarijs, planiorem facilioremque efficere uisum esset: maxime quod uaga lectio in teneris animis non proficit. b Ab Alpibus. Intuere primum tabulam Europæ. & Ptol. ut uidere Italiam uidearis, mox limites inquire: tum qui sit Apœnini procura obserua. Inde i signia oppida fluminaque, ut ultra citraq; iacent, uisu sequere: eo modo quo tradit Pomponius. c In altum. In pellagus.

d Apœnini iugo. M. Cato Pœnimum montem cum nominare uidetur, per quem Hannibal exercitum trahit in Galliam. Hinc Apœninus dictus, quod radices sub Pœnino transitu Hannibalis habeat. Meminit montis Luca. libro secundo, & libro quarto Silius. Polybius interpres in lib. 3. Apœninus, inquit, mons paulò supra inferum mare ab Alpibus oritur, moxque se magis atque magis ab illis disiungens, recto dorso in superum mare fertur, quasi usque ad urbem Senam. Inde rursus ad dextram flectens per medium Italianam in Siculum fretum discurrit. e Superum mare. Adriaticum, ita dictum, quod in ortum spectet. Inferum autem Tuscum, quod in occasum uergit. Luca. nus libro secundo: Inferni superique maris. Suetonius in Augusto: Classem, inquit, Misseni, & alteram Rauenne ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Iulius Solinus, nescio an bene, idem mare, quod Itali inferum uocent, à Græcis Ionium, uel Tyrrhenum uocari tradit. Dionysius certe & Strabo Pomp. subscribunt longeque Ionii à Tyrrheno separant. Adriaticum autem dictum putat Cato ab Atria sine Adria oppido uetustissimo, quod dudum interiit. In qua sententia & Iustinus est libro. 20. Multi ab Iaonis filio Adria ita dictum uolunt. De Tyrrheno diximus. Silius quoque Italicus libro. 5. de Trasimeno: Lydius hinc genitor Tmoli decus, & quora longo. Moeniam quondam in Italia aduexerat oras Tyrrhenus pubem dederatque uocabula terris. f In duo cornua. C. Sempronius: Italia, inquit, à iugis Alpium oritur, cingitur supero & infero mari, & secatur Apœnino: qui à iugis Alpium ortus per medium Italianam à Liguribus ad Anconam porrexit, inde paulatim usque Venusiam reflexus, ibi ex transuerso diuidit Italiam: ex altera parte Brudusium, altera Veliam attingens circuū sinum Tarentinum: quæ Ausones primi, inde Aborigines Græci post Oenotrium Arcadiē tenuere. Lege cap. 10. lib. 2. Vitruvium. Altissimus est, ut bene Silius dixerit lib. 2. Alpibus æquatum attollens caput Apœninus. g Angusta. Nusquam enī. 200. mil. passibus aprior est, Plinio: q; querno folio simulē esse, et multo proceritate apiorē, q; latitudine, laeoq; flexa cauamine, figura parma Amazonicae desinere apte docet. h Carni. Notti, noīe adhuc durat: quāquā remotius à mari supra forū Iulij, hodie tractū à se Carnithie cognominatum inhabitant, & in meridiē supra Tergestū regionē, quæ uulgo Carniola dicitur. Ptol. quoq; supra Concordia & forum Iulij Carnithiā locat. i Veneti. Quorū hodie nō adeo uetusta atq; in littore fuit, in ipso mari sedes est amplissimæ ciuitatis, & supra q; credi posuit, imperio atq; opibus auctæ, Veneti as nominant, terra mariq; magnarū uiriū consicias, tū & rep. multa prudentia administrata insignes. His cūctis, ut M. Cato scribit, origo Phætōtea est: posterius mixta his nobili stirpe Troiana, à quibus Patauiū suo conditore inclytū. Constat autē Gallorū gētis esse recētissimos autores, id qd lib. 9. quartæ Decad, indicat Livi. Receptissima & hæc opinio est, uenisse e Paphlagonia

Scriptores
Italie.

Apœninus
mons.

Carni.

Veneti.



E Italia magis, quia ordo exigit, quam quia monstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, mediam se perpetuo Apœnini montis iugo attollens, inter Adriaticum & Tuscum, siue (ut aliter eadem appellantur) inter superum mare & inferum excurrit: diu solida: verum ubi longe abit, in duo cornua scinditur, respicitque altero Sicum pelagus, altero Ionium, tota & angusta, & alicubi multo, quam unde coepit angustior. Interiora eius aliæ aliæque gentes habitant. Sinistra parte Carni & Vene-

ITALIA.

gonia Henetos, quorum in eo tractu posteri Veneti dicti fuerint: Venetiæ autem nomine quicquid ab Histria secundum maritima usq; Rauennam iacet comprehenditur, authore Plin. cap. 18. lib. 3. M. Cato quoq; Venetia, inquit, est omnis ora circum sinum maris, post Histriam usque ostia Padi. a Togatam Galliam. A toga dictam, succincto uestis genere & apposito. Ne quis eos recte sentire putet, qui Venetum hodie uestitum togis conferunt, ut similem: quando Rome, atq; in omni Latio indecorum fuit, virum tunicae uti ultra brachia, ac propè in priores manus ac digitos prolixis, ut cap. 12. 5. lib. scribit Gelius. Constat autem Italiam aliquando intra Apenninum & Rubiconem amnem, qui iuxta Ariminum in Adriam defluit, terminos habuit, ut Plinius scribit. Luca. quoque libro primo de Rubicone: Perq; imas serpit ualles, & Gallica certus Limes ab Ausonijs determinat arua colonis. Citra enim quicquid est, ad eam Galliam attinuit, quæ Cisalpina cognominatur. Se non gallia intra Anconam & Padum à Senonibus, antea Belgis uicinis, qui illinc He

Venetia

ticolút^a Togatá Galliā. Tū Italici populi^b Picentes, Frentani,^c Dauni, Apuli, Calabri, Salentini. Ad dextram sūt sub Alpibus Ligures, sub Apennino^d Hetruria: post^e Latium, Volsci, Campani, & super Lucaniam Brutij. Vrbium quæ procul a mari habitā tur, opulentissimæ sunt:^b ad sinistram Patauium Antonoris, Mutina &ⁱ Bononia Romanorum coloniæ. Ad dextram^k Capua a Tuscis, &^l Roma quondam

truscos pepulerunt dicta: Mox Gallia Togata, à conformi uidelicet cum interioribus eius terre gentibus uestita. A Gallis illi, ut Sempronius scribit, duæ Arunte primi in Italiam transanderunt Alpes, à quibus sensim pulsæ Etrusci à Cispadana & Transpadana regione, quæ nunc Galliæ nomen habet: meminit Polybius in Africæ motu libro tertio. Hi sunt Senones, à quibus Roma aliquando inuasa captaq; fuit, Pli. Inde quicquid ab Alpium radicibus prominet, à Varo extimæ Liguriæ adusque Formionem aliquando, post uero ad Arsiam fluuium, qui supra Histriam est, id totum Italie cessit. Eam duarum fecerunt partium: nam quæ Romam uersus à Montanis in Tuscum pelagus inclinat, Cisapenninam dixerunt, reliquam Transapenninam, authore Catone & Sempronio. Transapenninam rursus in Cispadanam, Transpadanam partiti sunt. In hac Carnorum agrum, Venetiam, Veronam, Brixiam, Mutinam, Mediolanum, aliaq; iuxta sita oppida: in illa Rauennā, Bononiā, Regiū, Parmam, Placentiā, Dertonam, & uicinas ceteras posuerunt interfluo Pado. Carni igitur & Veneti Togatam colunt Galliæ, si modo Transpadanam Galliæ nomine comprehendimus, ut debemus, uel illo M. Ciceronis testimonio Philippicæ. 12. Et ut omittam, inquit, reliquas partes Galliæ (nam sunt omnes pares) Patauini alios excluderunt, alios eicerunt missos ab Antonio &c. Gellius libro decimoquinto: Res, inquit, accidit Patauij in Transpadana Italia memoria digna. Demum Liuius libro ultimo. 4. De cad. scribit Aquileiam Latinam Coloniam in agro Gallorum deductam esse. b Piæntes. Supra Rubiconem reuera Italici: enumerat autem utriusq; littoris insignes populos ab initio orsus in Siculum usq; fretum & Ionium pelagus. Id obiter notandum, Piæntes dici qui supra Anconam siti sunt, & tractum horum Piæntum: Piæntinos autem ab his ortos, qui alio in latere, inter Surrentinum promontorium, et amnem Silarum habitant, Ptolemeo & Pline, qui Piæntinum agrum & oppidum Piæntiam inibi locat. Strabo libro quinto: Ad mare Thyrrhenum, inquit, Piæntinorum natio colit: eorum pars modica qui Adriam habitant, quos quidem Romani Posidoniatem in sinum traduxerunt. &c. De nominibus equidem non contendem, nam Straboni alijsq; iam Piæntes, iam Piæntini nominantur, utrinq; siti: quanquam qui Adrie immunit frequentius Piæntes. Cato Piænos lingua Etrusca genus sacrum dici scribit, à Sabinis eos ortos affirmans. c Frentani. Alij à Ferentinis, qui in Tuscia sunt, & Ferentinibus, qui Latium habitarunt, de quibus disputat Hermolaus capite quinto libri tertij Plinij. Illorum Frentana regio Plin. dicitur. d Dauni. A quibus Apulia Daunia cognominata est, à Dauno duæ Diomedis socero dicti. Horum oppidum est Salapia Hannibalis meretricio amore inlyatum, ut Plinius capite undecimo libri tertij scribit. De Apulis, Calabris, & in ultimò cornu sitis Salentinis, nota omnia. Vide Ptolemaeū. e Ligures. A Liguro Phætonis filio, Catoni. f Hetruria. Plurimarum coloniarum, & Italæ olim prinæps, ab eorum metropoli regia cognominata, Catoni. g Latium. Vetus ac nouum Plin. h Ad sinistram. Ab Alpibus prospiciendo.

Gallia togata

Piæntini.

Frentani.

Dauni.

Bononia, Felsina.

Capua.

Roma.

i Bononia. Notissima, ut aliae quoq;. Sed id adiecerim, Felsinam aliquando uocatam, cum princeps Hetruriae esset (ante Gallorum enim aduentum Hertrusci pulsæ Umbbris illic sedes posuerunt) inde Cato principem metropolim Felsinam nominatam à rege Hetrusco conditore, post à successore Bono Tuscanensi Bononiam dictam scribit. Leg. lusitum libro. 20. k Capua. Seruus à Tuscis, qui omnem penè Italiam subiugauerint, conditam scribit apud Virg. lib. Aeneid. 8. ad illum uersum: Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Suetonius in Dictatore: Capys conditoris sepulchrum Capue fuisse indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæsari mortem denunciarit. Ad id & Lucan. accedit. 2. lib. Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. Plinius capite quinto libri tertij. Capua, inquit, ab undecimo campo dicta: quod quomodo intelligendum sit, inibi Hermolaus adnotauit. Liuius lib. tertio ab urbe cond. proprius uero esse existimat à campestri agro appellatam, id quod & Eustathio placet. M. Cæsaro, luxus infamia Capuam notans, superborum eam quondam domum fuisse ait, ut mirum non sit, potentia eam simul & gloria priuatam, nihil ferè hodie, præter umbram nominis retinere. l Roma. Orbis aliquando caput dicta, & amplissimi imperij iure in hunc usque diem felix, Cœlo ita indubie, & cœlestibus diis uolentibus: Nam &

K 4 syderum

syderum locum, habitumq; tempore quo cœpta est condi, obseruauerunt uetus, è quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, & M. Ciæroni ualde familiaris, quæ admodum ipse Ciæro libro de Diuinatione secundo scriptū reliquit. In cuius nomen quia incidi, annotandus mihi est error ingens C. Sempronij, & Iulij Solini. Hi Romam. II. Calend. Maias hora inter secundam & tertiam conditam esse, ex Tarutio (qui & Varronis temporibus uixit, & Romuli genethliacon descripsit, ut Plutarch. testis est) referunt, Sole in Taurō, Luna i libra, Sa-

Error Soli/
ni, & Sem/
pronij

turno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpio. Quæ syderum positura, nullo prorsus modo potest in cœlo statui: cum impossibile sit, Venerem uel duorum signorum zodiaci interuallum, unius uero Mercuriū à Sole abscedere: quod ipsum præter rea-

Maxima elō
gatio Vene/
ris & Mer/
curij a Sole.

ptissimos hodie Astronomos, ipse quoque Plin. secundi lib. cap. 17. confirmat: qui Veneris stellam nunquam longius. 47. partibus, Mercurij autem nunquam longius. 20. à Sole abscedere ait: & recentiores ex Ptolemæi autoritate in fine dictionis duodecime Almagesti, ma-

Georgius
Collimitius.

ximum elongationem Veneris à Sole. 47. graduum, minutorum quinquaginta, Mercurij autem graduum. 28. ex 37. minutorum esse affirmant. Nam quod Ciæro libro secundo de natura Deorum Mercurio unius signi, Veneri duorum signorum interuallum tribuit, Græcam antiquitatem scutus uidetur, quemadmodum & in falso errantium sy-

Coniectura
de cōditæ ur
bis Horosc
po.

*derum ordine. Cum igitur Taurus & Scorpio, ut notum est, hemicyclo distent, hoc est primus gradus Tauri à pri-
mo Scorpionis. 180. graduum interuallo: qui fieri potuerit, ut Sole Taurum tenente, ad. II. Calend. Maij, Venus & Mercurius tanto spacio à Sole discedentes Scorpionem tenerent? Quid ergo? aut Solinum lapsum & Sempronium dices, aut Tarutium toto errasse cœlo fateberis. Ipse alpam scriptoribus rem non admodum intellectam errore intri-*

Timauus.

Blondus For/
liuensis.

*cantibus magis tribuerim, quam Tarutio: nam in hoc labi, uel his ignominiosum est, qui rudimenta mathematica de-
libare coepirint. Impossibile enim factu est, ut eo modo distent tam dicti Planetæ. Ceterum qui illud emendet & re-
stituat genethliacon, nisi Oedipus resurgat, nemo erit. Memini Georgium Collimitium clarissimum Astronomum,
cum inter nos loci huius incidisset mentio, dicere solitum, multo aliud syderum habitudine atque interuallo tum cœli
fuisse, cum urbs hæc cœpta est condi, quam uulgo plerique putent: idq; è fortunis & rerum Romanarum successu
(quantum Astrorum influxu dinoscere daretur) haud difficile deprehendi aiebat. Cumq; hominem tum urgerem, ut
soleo, ampliori scrutinio facto: Veteres, inquit, Astronomi, qui Rome originem astris subdiderunt, Libram eam ho-
roscopum habuisse affirmant: atque inde illa quoque Manili Mathematici carmina sunt libro quarto: Hesperiam sua
Libra tenet, qua condita Roma, Orbis & imperium retinet discrimine rerum, Lancibus & positis gentes tollitq;
premitq;. Quin etiam Romulo Libram tribuit, cum ait: Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem. Et
proprijs frenat pendentem nutibus orbem. Recentiores gregatim sub Leone esse Romanum asserunt. Coniecturam es-
se Collimitius aiebat minime friuolam, eo tempore quo cœpta sit urbs condi, ascendens fuisse cor Leonis, regiam
stellam: in medio cœli Solem in Taurō, Iouem in piscibus in nona orientalem, Mercurium in eadem nona in Arietem
orientalem, Venerem in Taurō occidentalem, & in medio cœli: postremo Saturnum & Martem in Scorpione, in do-
mo quarta. Horum rationem, quam reddidit, equidem adscriptissim, nisi hactenus me digressum esse, satis supérq;
foret. a A pastoribus. Multa Sempronius, multa Liuius, pleraque omnia in uita Romuli Plutarchus. Ceteros
qui sunt innumerii, sino. b Alterum opus. Adeò enim magnificis structuris post insignis fuit, ut nulla in parte
rusticæ originis adparerent uestigia. Scribit in Heliogabali uita Lampridius, iocari aliquando cum seruis Helioga-
balum ita solitum, ut millena pondo aranearum deferriri sibi ex urbis ædibus iuberet, præmio insigni proposito, mox
seruos collegisse decem nullia pondo: qua re facile aiebat intelligi posse, quam magna esset Roma. Mirum autem re-
perinde levissimam & sordidissimam, quæq; uerri emungiq; quotidie soleat, in tam amoena, splendida, & magnifi-
ca urbe, amplitudinis indicium fuisse. c Concordia. Nota ex Plinio & Ptolemeo, nomine etiamnum du-
rante. d Timauus. Interfluere, inquit, Timauum inter Concordiam & Tergestem: & post, Natisonem nomi-
nat, qui Aquileiam abluit. Plinius quoque ad Carnorum regionem annem statuit Timauum, & libro quinto Strabo.
Non video ergo quomodo amni, qui Patauum præterlabitur, Timauum nomen congruat: id quod Blondus Forliuensis in Marchiæ Taruisane descriptione contendit, argumentis non sanè temere adductis. Quibus si locus datur, fac-
tendum est errasse uetus. Aut si illi uerum tradidere, euauisse annem credendum. Antiquis enim (ut Ovidius
scribit) tam multa tremoribus orbis flumina profiliunt, aut exsiccata residunt. Ipse adolescentes cum è Carinthie illu-
stri oppidulo, & optime de me merito Villaco uisendi causa Venetias perrexisse, paucos post dies Tergestum na-
ui delatus sum, ut per oram eius littoris, quod Aquileiam uersus procurrit, Timauum obseruarem, quem sanè nus-
quam repperi, ad Utinum usq; & Natisonem profectus. Est quidem haud lôge à Goricia, quam Noreiam Strabo
dicere uidetur, uicus sancti Ioannis nomine, & iuxta arx munitissima super Timauum portum, que uulgo Tyrrhe-
nianum uocatur. Ibi è rupe non grandi fontales unde multiplici scaturigine, magna sanè & miranda copia elabuntur, ria-
uumq; faciunt haud quam tenuem, qui in proximum sinum egreditur, & multis capiibus surgens uno ostio
exit. Is si Timauus est, longe fama naturam superat, quod fieri persæpe uiderimus: nemo est enim qui nesciat, quana-
tim è paruis neglectisq; magna celebriq; fecerit Græce ambitionis curiositas. Nec ille quidem, quem Patauo*

*a pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur,
alterū opus. At in oris proxima est a Tergeste Cōcordia. Interfluit Timauus, nouem capitibus exur-
gens, uno ostio emissus. Deinde Natiso non lon-*

gissimis hodie Astronomos, ipse quoque Plin. secundi lib. cap. 17. confirmat: qui Veneris stellam nunquam longius. 47. partibus, Mercurij autem nunquam longius. 20. à Sole abscedere ait: & recentiores ex Ptolemæi autoritate in fine dictionis duodecime Almagesti, ma-

ximum elongationem Veneris à Sole. 47. graduum, minutorum quinquaginta, Mercurij autem graduum. 28. ex 37. minutorum esse affirmant. Nam quod Ciæro libro secundo de natura Deorum Mercurio unius signi, Veneri duo

*rum signorum interuallum tribuit, Græcam antiquitatem scutus uidetur, quemadmodum & in falso errantium sy-
derum ordine. Cum igitur Taurus & Scorpio, ut notum est, hemicyclo distent, hoc est primus gradus Tauri à pri-
mo Scorpionis. 180. graduum interuallo: qui fieri potuerit, ut Sole Taurum tenente, ad. II. Calend. Maij, Venus &*

Mercurius tanto spacio à Sole discedentes Scorpionem tenerent? Quid ergo? aut Solinum lapsum & Sempronium dices, aut Tarutium toto errasse cœlo fateberis. Ipse alpam scriptoribus rem non admodum intellectam errore intri-

*cantibus magis tribuerim, quam Tarutio: nam in hoc labi, uel his ignominiosum est, qui rudimenta mathematica de-
libare coepirint. Impossibile enim factu est, ut eo modo distent tam dicti Planetæ. Ceterum qui illud emendet & re-*

*stituat genethliacon, nisi Oedipus resurgat, nemo erit. Memini Georgium Collimitium clarissimum Astronomum,
cum inter nos loci huius incidisset mentio, dicere solitum, multo aliud syderum habitudine atque interuallo tum cœli
fuisse, cum urbs hæc cœpta est condi, quam uulgo plerique putent: idq; è fortunis & rerum Romanarum successu*

*(quantum Astrorum influxu dinoscere daretur) haud difficile deprehendi aiebat. Cumq; hominem tum urgerem, ut
soleo, ampliori scrutinio facto: Veteres, inquit, Astronomi, qui Rome originem astris subdiderunt, Libram eam ho-
roscopum habuisse affirmant: atque inde illa quoque Manili Mathematici carmina sunt libro quarto: Hesperiam sua*

*Libra tenet, qua condita Roma, Orbis & imperium retinet discrimine rerum, Lancibus & positis gentes tollitq;
premitq;. Quin etiam Romulo Libram tribuit, cum ait: Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem. Et*

*proprijs frenat pendentem nutibus orbem. Recentiores gregatim sub Leone esse Romanum asserunt. Coniecturam es-
se Collimitius aiebat minime friuolam, eo tempore quo cœpta sit urbs condi, ascendens fuisse cor Leonis, regiam*

*stellam: in medio cœli Solem in Taurō, Iouem in piscibus in nona orientalem, Mercurium in eadem nona in Arietem
orientalem, Venerem in Taurō occidentalem, & in medio cœli: postremo Saturnum & Martem in Scorpione, in do-
mo quarta. Horum rationem, quam reddidit, equidem adscriptissim, nisi hactenus me digressum esse, satis supérq;
foret. a A pastoribus. Multa Sempronius, multa Liuius, pleraque omnia in uita Romuli Plutarchus. Ceteros*

*qui sunt innumerii, sino. b Alterum opus. Adeò enim magnificis structuris post insignis fuit, ut nulla in parte
rusticæ originis adparerent uestigia. Scribit in Heliogabali uita Lampridius, iocari aliquando cum seruis Helioga-
balum ita solitum, ut millena pondo aranearum deferriri sibi ex urbis ædibus iuberet, præmio insigni proposito, mox*

*seruos collegisse decem nullia pondo: qua re facile aiebat intelligi posse, quam magna esset Roma. Mirum autem re-
perinde levissimam & sordidissimam, quæq; uerri emungiq; quotidie soleat, in tam amoena, splendida, & magnifi-
ca urbe, amplitudinis indicium fuisse. c Concordia. Nota ex Plinio & Ptolemeo, nomine etiamnum du-*

*rante. d Timauus. Interfluere, inquit, Timauum inter Concordiam & Tergestem: & post, Natisonem nomi-
nat, qui Aquileiam abluit. Plinius quoque ad Carnorum regionem annem statuit Timauum, & libro quinto Strabo.
Non video ergo quomodo amni, qui Patauum præterlabitur, Timauum nomen congruat: id quod Blondus Forliuensis in Marchiæ Taruisane descriptione contendit, argumentis non sanè temere adductis. Quibus si locus datur, fac-*

*tendum est errasse uetus. Aut si illi uerum tradidere, euauisse annem credendum. Antiquis enim (ut Ovidius
scribit) tam multa tremoribus orbis flumina profiliunt, aut exsiccata residunt. Ipse adolescentes cum è Carinthie illu-*

*stri oppidulo, & optime de me merito Villaco uisendi causa Venetias perrexisse, paucos post dies Tergestum na-
ui delatus sum, ut per oram eius littoris, quod Aquileiam uersus procurrit, Timauum obseruarem, quem sanè nus-
quam repperi, ad Utinum usq; & Natisonem profectus. Est quidem haud lôge à Goricia, quam Noreiam Strabo
dicere uidetur, uicus sancti Ioannis nomine, & iuxta arx munitissima super Timauum portum, que uulgo Tyrrhe-*

*nianum uocatur. Ibi è rupe non grandi fontales unde multiplici scaturigine, magna sanè & miranda copia elabuntur, ria-
uumq; faciunt haud quam tenuem, qui in proximum sinum egreditur, & multis capiibus surgens uno ostio
exit. Is si Timauus est, longe fama naturam superat, quod fieri persæpe uiderimus: nemo est enim qui nesciat, quana-*

tim è paruis neglectisq; magna celebriq; fecerit Græce ambitionis curiositas. Nec ille quidem, quem Patauo

proximum Brentam nominant, tantus est, ut Timaii aut nomine, aut fama dignus uideri debeat: nec aliud mihi, Paduam è Venetijs nauiganti maiori admiratione dignum uidebatur, quam quod è mari, superato aggere, siccata terra nani uehebar machinis attracta, mox declivi cursu in Brentæ alueum demissa: unde aduerso amne Paduam usque iter erat, Luciæ fusina miro quodam per restagnantes artificio undas, ascensu præterita. Ut cunque, afferere ausim nunquam cum à Marone intellectum, etiam si Lucanus, & Martialis in aliam ire sententiam literatoribus uideatur.

ge a mari ditem attingit^a Aquileiam: ultra est^b Altinum. Superiora late occupat littora Padus, namque ab imis radicibus^d Vesuli montis exortus, paruis se primum fontibus colligit: & aliquatenus exilis, ac macer, mox alijs amnibus adeo augescit atque alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat: vnum de ijs magnum Padum appellant: inde tam citus profilit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit undam agat, suumque etiam in mari alueum seruet, donec eum ex aduerso littore Istriæ eodem impetu profluens Ister amnis excipiat. Hac re per ea loca nauigantibus, qua utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium haustus est. A Pado ad Anconam

Nec accessim interpretationi, quam Blodus attulit: quandoquidem satis non fuerit, tutari quod uelis, authore Seruio, qui musquam magis frequentiusq; lapsus est, quam ubi reddendus erat situs, ut uere eius pleraque locorum nomina indiligentissime interpretatum esse Hermolaus dicat. Ipse apud Virgilium per ora, fauces, meatusq; orientium aquarum intelligo: nam dicit: Vnde per ora nouem. &c. Scimus autem flumen non ex ostijs, sed in ostia profluere. Quid autem ob sit quò minus fontes ora dicamus, cum fontis uocabulo etiam ostia intelligantur? Lucanus de Tigris & Euphrate libro tertio Quos non diversis fontibus edit Persis &c. In unum enim alueum infra Mesopotamiam corruentes sinum illabuntur Persicum. Quem locum Lucani(ut & hoc obiter notem) di-

Virgilius.

Locus Boëtij

verso sensu transtulisse uidetur libro de consola. quinto Boëtius cum dixit: Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt, Et mox abiunctis dissociantur aquis. Constat enim hos distantibus oriri fontibus, liat uterque in maiori Armenia assurgat, nec adro dissociari, quin ad postrema coeant: quanquam sene qui euancere in Palustria Euphraten afferane, de quo nos alibi.

^a Aquileiam. Latina olim Colonia, Euersa denuo, nec alio hodie insignis magis, quam templo, religione & memoria sanctorum hominum, tum & salubribus piaalis undique mortali- bu illuc concurvantibus, & Patriarchatus titulo celebris. Iuxta tamen oppidum Vtinum, Principiū Austriæ opus in signe admodum, & aræ in mediae urbis edito colliculo conspicuum.

^b Altinum. in quo L. Verus im-

perator Apoplexi periret. Ad palustria Padi situm, Plinio & Strab. ^c Padus. Maritimorum commeatus Italicas subsidijs fidus inuector, ut eleganter dixit Ambrosius. De hoc nihil non est notum. Id retulero, irrigare eum fœundo fluore agros: quamuis Alpium auctum niibus. Nec esse amnem alium, qui breviore cursu maiorem undarum uim corriuet: faciunt immania nostratium Alpium iuga, in eum scese perpetuis undis exonerantia: facit Apœ ninus amnum minime obscurorum, qui altero è latere Padum intrant, parens. Lege Lucanum libro secundo. Plin. 16. capituli tertij. Strabo. libro quinto. Ante à duce coloniarum Eridanus dictus: Etrusci à profunditate Botigon, Ligures Botigum, seu Bodintum ob altitudinem, de munere pœtra arbore, quæ circum originem suam multa est, Padum, ut in Originibus M. Cato scripsit. Et & alius in Græcia Eridanus, in Ilium immittens, quem senem Ouid. libro secundo Met. ad huius differentiam nominat: & septimo libro. Multa quoque Eridani placuerunt gramine ripis. Vbi suspicio est minime audax, pro Eridani, Apidanis, scripsisse imperitos. Strabo fuisse indicat libro quinto, qui iuxta Padum Eridanum alium statuerint à Pado, Phætonis casu & sororum Cygniq; metamorphosi nobilem: pretere rea ferentes Electra insula. ante amnem Padum iacentes. Vnde falso creditum in Transpadana succinum reperiri, auctoribus eius fame Hencis, ad quos primum per Pannonias è Germania Electrum allatum fuit, quod satis Plinius Solinusq; testati sunt. Sed fabulæ locus ex historia dari potuit: Phætonem enim Ligurum regem fuisse uetus sis simum, cuius multæ in Etrusco litteræ coloniae fuerint, Cato est author: Ligurum uero eius filium, à quo Ligurinum portum dici uoluit, & omnem illic tractum Liguriam. Cygnus autem prodiderunt Galliæ fuisse regulum, Musicæ admodum peritum, ut in Atticis Pausanias refert: unde in canoram auem mutatum Greca nugandiantia credi uoluit. At eundem esse Padum & Eridanum, ex Plinio constat.

Locus Ouidij

^d Vesuli. Quem hodie vulgus accoliarum Montanys uocat. ^e Profluens Ister. Falsum id esse, paulo ante Plinij testimonio probauimus. Ipse quoq; Cato in Originibus: Histria, inquit, à duce Russo à Iano nomen retinet. At Græcorum quidam distam ab Istro amne cognomine Danubio, cui Dane gentes accolae cognomen impressere. Fabulanturq; r. a. num ex eo in Histriam effluere, inq; Adriaticum meriti. Haec tamen Cato. Nota est Rauenna, hodieq; & opibus & edificijs uestræ fame respondet: hoc in felix tamen, quod etate mea pugnam uidero coacta est, multorum cæde lachrymabilem, hinc Ludouico Gallorum rege, illinc Iulio secundo Pontificie maximo tantis odijs conseruentibus arma, ut sacro etiam Dominicæ resurrectionis die in prælium fuerint egressi, Gallis uictoriam, sed non incruentam reportantibus. Ariminum autem M. Cicero pro Cecinna. 12. Coloniarum auitatem uocat. Ceterum ab amne Pisauro nomen esse constat.

Aquileia.

Vtinum

Padus.

Phæton.

Ligur Cygnus.

constat. a Fanestrīs colonia. Plinius capite decimotertio libri tertij: In ora, inquit, flumen Eſis, Senogallia, Metaurus fluvius, colonia fanum fortunæ, Pisa urum cum amne. &c. Ptolemaeus quoque libro tertio, Fanum fortune nominat. b Ex diuerso. Plinius capite decimotertio libri tertij: Colonia, inquit, Ancon apposita promontorii Cumero in ipso flectentis se ore cubito. &c. Quibus uerbis satis indicat, cur dicta sit Ancona, hoc est quod cubiti imagine sedere eam, ac propterea id à Græcis nomen indeptam Pomponius sit, & vixib⁹ his cubitus est. Et constat

ferè Ancones dici promontoriorū flexus: sicut ab architectonicis quiuis confluxus, qui coēuntibus parietibus angulum rectū describit, Ancon dicitur: uulgas angulum uocat: ita anconis striarum in colūnis appellat libro tertio Vitruvius: ipse quoque nexus coitusq; duarum linearum angulū rectū describentium Ancon est. Iuxta Anconam igitur pars oræ promontoriens, & in genit. ambitu portum complexa, duobus promontorijs contrapositis, & portum præminentibus, intra se urbem habet in ipso sicam flexu, littoris effigie cubiti imaginem quandam retinente. Strabo libro quinto urbem à Syracusanis Dionysij tyrannidem fugientibus cōditam esse scribit. Porro & Numana origo ad Sialos refertur. De Potentia sequentibusq; claris urbibus, Ptolemaeus, Plinius, ceteri. Id no[n]tauerim, Firmum Plinio Firmanorum astellum uocari. Stra. Firmum ut Pōponio. Cupram autem dictam puto, haud uana cōiectura à Cypræ templo, illic à Tuscis, qui Cypram lunonem dicunt, extructo, ut Stra

bo scribit: ut Cupra, siue Cypra una appellatione continetur. Nam uocabula que Græci per y pronunciant, nos per u literam proferre possumus, ut Larumna, Sulla, & cetera. pro Larymna, Sylla, auctore ex nostris Hermola. Nec illa est Adria, que mari nomen dedit, nam interisse eam profē Padum Cato & Strabo testantur: Porro & Atriam hanc, & inde Atraticum mare, mox ad Catonis tempora Hadriaticum, post & Adriacum dictum, & etiam Adrianum. Cicero in Pisonem: Brundusium uitauit, & ultimas Adriani maris oras petuit.

c Senogallia. Plinius & Ptolemaeus infra Anconam, Ariminum uersus Senogalliam statuerunt. Mela eius ut regionis tractusue magis quam oppidi meminit, tanquam & trans Anconam illi tenuerint. Nam ante, Anconam quasi terminum esse Gallicarum Italicarumq; gentium dixit.

d Bucara. Plinius & Strabo Bucam trans Aternum fluum Apuliam uersus ponunt. Aternus autem ille est, qui Sulmonem quidij patriam præterfluit, fœcunda celebris aura, ut in Meteo. Pontanus.

e Cliterniam. Cliternam Plinius in Cispadana ponit, quemadmodum & Ptolemaeus. Mela in Piceno censet aliam ab hac Cliternia Dauniorum, que Larino & Teano proximi est. Id notandum, Sidicinum cognominatum hoc Teanum, ut Gracchus in oratione de. LL. promulgatis: Nuper Teanum Sidicinum consul uenit. Et Plinius libro quinto: Teanum, inquit, Sidicinum cognomine. Quemadmodum & libro sexto Strabo. Rursum Teanum oppidum Apulum cognominatum obseruauui apud Cicero nem in oratione pro Cluentio: Pari, inquit, dignitate Teano Apulo, atque Luceria equites Romanos homines honestissimos laudatores uidetis.

f Garganum. Celebris Apuliæ mons, subtus quem adhabitantes proprie Apuli dicuntur. De eo Sil. In nemore aut agit Gargano tergāq; ferarum Hodie mons dicitur sancti Angeli.

g Vrias. Plinius iuxta Sypuntum oppidum locat Vriam, à quo sinum cognominari crediderim. Strabo Vriam in interioribus, Vreum in littore diuersa oppida statuit. h Pleraq; Plerisq; locis. i Sypuntum. Notum oppidum. Dicitur autem Sipyus. untis, & Sipus. untis. & Sypuntum.

k Aufidum. Quem crucis ex Cannensi Romanorum clade aliquandiu fuisse Florus scribit, in Hirpinis ortus montibus Canusium præterfluit, Plin. l Barium. Nobile morte Syllani senatoris clarissimi qui diro Neronis imperio mori iussus, pessus Centurioni fodiendum præbuit. Baris & Bareum dictum aliquando, Straboni. munitissimum oppidum & arce insigne: Baris ducis filiam bonam Sfortiani ducatus heredem, dum hec scribebam, coniugem duxit Sigismundus Polonus rex Princeps iniunctus. Nec ignoro Barrum hodie dici magnis ædificijs illustre, & tribus à lateribus mari ablui: reliquo uero qua continēti, adheret, arce illa defendi, ut Ianus mihi Conarsky regis Poloniae à secretis, uirum naturæ gratia, tun ingenij acumine præstas, cum Viennam illinc uenisset Orator, bona fide retulit. De Egnatia Strab. & Plin. Rudias Strab. Rhodias uocat, nisi uiciatus est codex: cōuenit uero in Ennij patria cum Pomponio.

Euseb. O.

Cupra.

Aternus.

Garganus.

Barium

Ianus conars
l. y Iurecons/
Julius.

Euseb. & Eutro. Tarentinum esse malunt. **a** Brundusium. A forma ceruini capitis, quod Mesapij uernacula lingua ita nominant. Clarissima est hec urbs, nobili portu, quo tuta iam olim Romanis in Graeciam via fuit, tum & fuga Pompeij à Cesare obfugi etiamnum memorabilis. **b** Valciuum. Plin. Balesium nominat, Ptol. ut suspicor Alecium: nec mirum id est in tanta rerum nominumq; variatione. **c** Lupiae. Lupias constat à Malennio Dasumius filio Salentinorum rege conditas, uelut in Antonino Philosopho testatur Capitolinus. **d** Hydrus. Alij urbis magis quam montis meminere: ea hodie Hidruntum dicitur, nota clade paucis retro annis à Thurca illata, oppidanis omnibus necatis, & matribus familiis constitutis. Ex eo littore Apolloniam uersus mare non amplius centum millibus passuum expanditur. Quod pedestri continuo transitu, pontibus iactis primus Pyrrhus Epiri rex cogitauit, post cum M. Varro, utrunq; rerū aliarum impediēt cura, ut Plin. capite. 10. libri tertij scribit.

Brundusium.

Hydruntum.

e Calabria Brundusium, **f** Valetiū, **g** Lupiae, **h** Hydrus mons: **i** tum & Salentini campi, & Salentina littora, & urbs Graia **j** Gallipolis. Hucusque Adria, hucusque Italiæ latus alterum pertinet. Frons eius in duo quidem se cornua (sicut supra diximus) scindit. Cæterum mare, quod inter utraque admisit, tenuibus promontorijs semel iterumque **k** distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur inter promontoria **l** Salen & Lacinium. In eoq; sunt **m** Tarentus, **n** Metapontum, **o** Heraclea, **p** Croto, **q** Turium. Secundus **r** Scyllaceus inter promontoria Lacinium &

mat Festus Pompeius Cretas & Illyrios, qui cum Locrenibus nauigantes societate in ea regione fecerint. A promontorio igitur, qd i extimo cornu peninsule à situ Acrā Iapygiā nominat adusq; Garganū, Iapygia, Daunia, Mesappia, Peucetia, Apulia, & Salentinorū nomine littora interioraq; cœsetur, hodie Apulia uocabulo in uniuersum comprehesa.

Salentini.

s Gallipolis. Agallis Senonibus, ut Plinius lib. 3. Vi hic Pomponius existimat, à Graecis conditum: quod si hunc sequeris, Callipolim rectius leges, nomine ab loci uenustate sumpto. Si illum, Gallipolim, G litera origini fidem faciente. **t** Distinguens Italia, inquit, mare quod inter utraq; cornua admisit, tenuibus promontorijs distinguens, tribus sinibus Tarentino, Scyllaceo, & illo quod ad Siculum fretum in occasum uersum inter Zephyrium est & Brutium. Plinius quoque, à Locris, inquit, Italæ frons incipit, Magna Graecia appellata, in tres sinus incedens Ausonij maris: quoniam Ausones tenuere primi, Tarentinus & Scylleticus celeberrimi sunt, Brutius tertius non adeò: quanquam ora huius ut locis frequentissime Plinius & Strabo meminere. **u** Salen. Strabo & Plinius Salentinum uocant, quod & Iapygium Ptolemeo dicitur, in fronte eius cornu quod in Ionium propicit: Laciniū autē inter Crotonem & Petiliā procurrens, à Tarentino Scylleticum sciungit. Inter Scylleticum & Terineum isthmus est, angustissime Italæ, terris non amplius uiginti millibus passuum patentibus: infra quæ Laciniam uersus aliis est isthmus contrahentium se littorum, uerum amplior, ut Strabo libro sexto scribit, stadium 300. supra quem ager est Brutiorum. Id, nisi pictura iuxetur, nemo capiet, ut & alia propè omnia, quæ ad Geographiam attinent.

Salentinū pro montorium.
Lacinium.

v Tarentus. Clarissima & Pyrrho Epirota in duæ contra Romanos actiō nobilis, sita in peninsula quadam, ut indicant Ptolemaeus & Strabo multis libro sexto. Virgilius Aeneidos tertio: Hic sinus Herculei, si uera est fama, Tarenti Caulonisq; arces & naufragium Scylaceum. Memoratur & Archita clarissimo Pythagorico, qui Platonem, cum mortem moliretur Dionysius Tyrannus, Per epistolam eripuit, ut libro octauo scribit Laertius. In hoc uniuerso tractu magna aliquando Graecia floruit adiecta Sicilia, nam utrinq; magna Graecie nomen frequens fuit, Straboni. Hæc est illa Graecia, cui Pythagoras doctrinæ præstania, & rerum fortunæ contemptu magnus, immortalem gloriam peperit, Crotone ante alias eius incolatu celebri: è qua, cum annis uiginti docuisset, Metapontum migravit: fundusq; fato eum à suis consecutus est honorem, ut domo quam habitauit sublata, templum ei extruxerint posteri, & diuinis honoribus auxerint, sicut testatur libro uigesimo Iustinus.

Tarentus.

w Metapontum. A Pylijs, qui duæ Nestore è Troia nauigarunt, conditum, oppidum adeò terrenouentu & agricolatione felix, ut ea gratia auream & statem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit, Strab.

Metapontum.

x Heraclea. Siris aliquando dicta Plinio, eo nomine quo iuxta flumus dicebatur. **y** Croto. Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit, Strabo. Condita est à Micylo Alemonis filio, ut Ovidius indicat libro Meta. decimoquinto. Constat fuisse peruisissimum olim rei militaris, ut mirandum sit, exercitum Crotonitarum. **z** nullum à duæ milibus Locrorum una cum Reginis aliquando ad Sagram Lucanæ flumum uictum. Inde nato proverbio, Hoc re apud Sagram gesta uerius est: in incredulos, auctore Strab. De Sibari, quæ hoc in tractu potentissima fuit, luxu perdita, & à Crotoniatis vastata, non indigna lectu Strab. libro sexto. **aa** Turium. Nobilissimo uino, quod Turinum dictum est, celebre. Turijs in Italia historiam suam Herodotus condidit, ut capite quarto libri duodecimi scribit Plin.

Notes.

Adagii

bb Scyllaceus. A Scyllacio, de quo etiam Pompeius, quod

nus, quod Athenienses Scylleum nominarunt, Plinio. a Zephyrium. A quo Loci Epizephyrijs dicti in extimo eius agri iugo siti, & ab Hesperijs orti Locrensisbus, ut alibi ex plinio & Strabone retulimus. b
Petilia. Philoctetæ opus. Maro libro tertio: Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. De Mistris notum est. Misram apud Plinium Hermolaus legit. c Cœcinum. A fluui o nomen indepta: alij Carcinum, atque etiam Con-

Brutium.

cim hum legunt, sed suo periculo. d Brutium. Promontorium, id est, quod Scyllum Ptol. nominat, occi-
due Italie extimum, Plinius libro tertio
de primo Europe sinu: Primus, inquit, à
Calpe Hispanie extimo (ut dictum est)
monte ad Brutium usque promontoriū im-
menso ambitu flectitur. Seruius quoque ex
Sallustio libro Aeneid. tertio. Omnis Italia
inquit, coacta in angustias scinditur in
duo promontoria, Brutium & Salentinū.

e Consilinum. Meminit eius Plin.
quoque capite decimo libri tertij. Consen-
tiam alij legunt, sed temere: longe enim di-
stat infra Vibonem & Terineum sinum
sita, Plinio, Strab. Ptol. ceteris. f

Cauloniam. Dicitur & Caulon, ut Maro:

Caulonisq; arces, & naui fragum Scylæ-
um, ubi de promontorio magis quā oppido intellexisse uidetur: propior enim Caulon Scylleo est, quā Scyllacio: por-
tò & in fretum imminet id promontorium, in quo illa sunt Scyllæ Charybdisq; cœlo nota monstra. Aulon autem
mons perperam à Seruio Caulon dictus in Calabria est, Horatio & Martiali celebris. g Locros. Strab. Lo-
cros urbem facit insiginem hoc loco: à Locris dictam, qui Euanthe due paulò post conditam Crotonem & Syracu-
sas, in Italiam profecti sunt ē sinu Cressæo, qui in Corinthiaco est. Virg. tertio libro. Hic & Naritijs posuerunt mo-
nia Loci. Vbi multa Seruius. Notandum uero Epicnemidios fuisse dictos antequam Italianam petierint, mox Epize-
phrios, ut retulimus supra. Horum nominum discrimin in corruptis Seruij commentarijs non obseruatur. Nariti-
os autem (ut Seruio subueniamus) à Naritio Locrorum oppido iuxta Maliacum sito Maro dixit: meminit loci Plinius

septimo capite libri quarti. h In Brutio. In eo sinus latere, quod in Brutium inclinat. i Columna re-

gia. Turricle modo erecta, ex aduerso turrim in Peloro sitam respicit, hodieq; à multis appellatur Stylarion, ut do-

ctet Hermol. super. 5. cap. lib. 3. nat. histor. Plinij. k Rheyum. Cui hodie quoque id nomen est, à quo Rheynti.

Liuius libro sexto tertie Decad. Rheynti usi futuri erant ad populandum Brutium agrum. Ab alio Regio, quod in
Gallia Cisalpina est, Regienses dicti: diversa ortographiae ratione. Nomen oppido datum à debiscendi argumen-
to: nam & ῥεγυμ Græci rupturam nominant. Iustinus libro quarto, abrupta, ait, græci hoc nomine pronuntiarunt:
qui Rheyum non oppidum, sed promontorium facit. l Scylla. Plin. Scyllum nominat, iuxta Cratim fluuii,
qui Scyllæ pater creditus est. Idem & Tauriani oppidi & Metauri amnis eodem in loco meminit: tum promontoria

nominat Cænus Peloro interfluo freto contrapositum, & Leucopetram Locrorum, siue agri Rheynti, ut Cicero
Philipp. prima: Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rheynti, uenti detulissent.

m In Tuscum. post Scyllum enim ædens sensim ora Terineum sinum efficit, Scyllatico oppositum,
quem Hipponiatem Strab. nominat. Ptol. de genere uocabulo Iponiastam: Antiochus autem grauis author Napitius
num. Priora nomina ab oppidis sunt iuxta sitis. Terina Crotoniensum colonia: & Hippone, quam postea Vibonem
Valentiam dixerunt, author Plinius. n

Temesa. Plin. oppidum, inquit, Tempsa à Græcis Temese dictum,
Ouidius libro decimoquinto. Terinosq; sinus, Temesenq; & Iapygis arua. Ptol. quoque libro tertio Tempsam nomi-
nat. De Blanda & Clampetia idem author. Buxentum Græci Pixuntem dixerunt. Fuit autem quando Velia Elea dia-
cta est, Plinio. Strabo à principio sexti libri à Phocensibus conditam, & primum omnium Hyclam dictam ait, Parme-
nidis & Zenonis Pythagoricorum insignium patriam. Gellius testatur hanc primum, Seruio Tullio Romæ regnan-
te conditam. De Palinuro promontorio gregatim omnes, à Palinuro Aeneæ nauclero, in hoc littore iuxta Syrenum
insulas amissi, ut Maro indicat libro Aeneid. quinto. o Pæstum, Græcis. Posidonia, Plinio. Inde & Posido-
niatem sinum, qui Pæstanus est, nominat libro sexto Strabo. Locus ipse ore fertilitate & florum copia celebris.
Ideo Maro lib. Geor. quarto. Biferiq; rosaria Pæsti, dixit. Vbi Seruius Calabriæ oppidum facit, cum sit Lucanie.

p Silarus. Dicitur & Silaris, cui hoc ingenij est, ut in eum coniecta uirgulta lapidescant, forma & colore
priori seruato, ut libro quinto scribit Strabo, & in amnium fontiumq; miraculis libro secundo Plin. Silius libro octa-
uo: Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. Hoc amne Lu-
canus ager terminatur. Cōstat uero ē Samnitibus ortos Lucanos duce Lucio, ut Plinius scribit: Brutios autem Luca-
norum pastores fuisse, & ab his træfugisse aliquando. Et lingua Lucanorum Brutij, fugitiui dicuntur. Diodo. dea-
mo sexto libro in eandem sententiam digna lectu refert. Gellius quoque tertio capite libri decimi, Brutios seruili no-
ta infames fuisse ait, quod tempore secundi belli Punici, primi omnium in Italianam ad Hannibalem descuerunt: qua-
re factum.

Locri

Seruius.

Rheyum.

Regienses.

Pæstum.

Silarus

Brutij

re factum, ut pulso Hannibale P.R. Brutios ignominiae causa non milites scriberent. Seruitium prestatum postea, & magistratibus in prouinciam abeuntibus preministrare cogebantur. Vnde & lictores Brutiani dicti. M. Cato: Iusit uestimenta detrahi, atque flagro cædi decemviro Brutiani uerberauere, uidere multi mortales &c. De his in eadem ferè sententiam Festus Pompeius.

^a Picentia. Iuxta quam Picentinus ager, & ab illis quos altero latere retulimus Picentibus orti Picentini. In Picentino Argive Iunonis, nobilissimum fuit templum, cuius Solinus

& Plin. meminerunt. ^b Pe

træ. Plin. Surrentum, inquit, cum promontorio Mineræ Syrenum quondam sede. De eo & Virgilius libro Aeneid. quinto: tamq; adeò scopulos Syrenū aduecta subebat, Difficiles quondam multorumq; ossibus albos. Vbi multa de Syrenibus Seruius. De reliquis Campaniæ locis Plin. capite quinto libri tertij, & li. 5. Strab. legito: & aliâs propè notiora sunt, quâm ut reaferri debeant. Nam memoratum est ^c Surrentum à Surrentino uino medicis maxime aliquando probato, quia caput non tentet, & stomachi atque intestinorum rheumatismos cohibeat, ut tradit libro. 23. Plin. Vesuuij incendia Plinij morte infamia sunt, testante id elegantissima ad Tacitum epistola, nepote suo libro sexto.

^a Picentia, ^b Petræ, quas Syrenes habitauere. Mineræ promotorum, opima Lucaniæ loca, sinus Puteolanus, Surrentum, Herculaneum, Vesuuij montis aspectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucrinus & Auernus, Baiæ, Misenum, id nunc loci, aliquid quando Phrygij militis nomen, Cumæ, Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum, Amœna Campaniæ littora, Sinuessa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Tarracina, ^c Circes domus, aliquando Circeij, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurētum, Ostia citra Tyberim in hoc latere sunt. ^d Utra, Pyrgi, Anio, Castrum nouum, Grauiscæ, Cossæ, Tela mon, Populonia, Cecina, Pisæ, ^e Hetrusca, & Io-

Neapolis aliquando Parthenope Maronis tumulo clara, & hodie Pontani manibus celebris. Puteoli à iustissima reip. administratione Dicæarchia dicta. Eius colonos prolem Dicarcham dixit libro octavo Silius. Aliâs noti Delphini amore in puerum, quem dorso acceptum per magnum & quor Puteolos in ludum prouexit, ut capite octavo lib. noni ex Appiano Plin. tradit. Lucrino famam Romanus luxus peperit: uterque lacus in Baiano sinu est, at Lucrinus cura P. Ro. piscofus factus, uectigalibus operam pensantibus, ut Seruius scribit secundo Georg. De Baianis thermis notius est, quâm ut referatur. Cumas Sibylle illustrat diuinitas, cuius libris pro oraculo Romana uisa est prouidentia, unde & Silius: Linternum, & quondam fatorum consilia Cumæ. Vulturnus Capuam alluit. Liris maximus amnus Soram & Arpinum Tullij rigat patriam. Minturnæ gratiam è Marij fortuna nocte sunt: nam & ulnis palustribus oculuere, & ipso in carere tantum uirum agnoscentes, innoxio sanguine polluere moenia noluerunt. Lestrigonom memoria Formæ horridæ sunt: nam & hi ab humanis uisceribus non abstinuerunt, ut eleganter. ¹⁴ Meta. scribit Ouidius. Fundanus ager uinetis inclitus est. Tarracina aliquando Anxur dicta, editum occupat collem. Silius libro octavo: Scopulosi uerticis Anxur. Hora. sermo. I. Impositum faxis late carentibus Anxur. De Ardea etiam Virg. 7. Aeneid. Locus Ardea quondam Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen. Laurentum Pia opus fuit, ab eo Laurentes dicti, ut illi qui Tacitum Sabinorum regem Lauuinij inter sacra trucidarunt, Liui. ^c Circes domus. Stra. Circæum uocat. Notandum uero & Aphrodisium & Antium interisse penitus, ut alia multa à Pomp. redditæ oppida. Plinius tradit Ciræjos insulam aliquando fuisse immenso mari circumdatam, mox continentî adnexam. Antij fortunæ templum insigne fuit, nam & Horatius dixit: Fortuna diues que regis Antium. Illic Augusta Neroni principi ex Pompeia nata est, cuius gratia senatus uota publicæ pro Popeiæ utero suscepit, exoluta tandem, additæq; supplicationes, & foecundati extructum templum, ut scribit in Neronis rebus Cornelius Tacitus. Ostia adhuc durat, sub Anco Martio condita, ut libro primo ab urbe Liuius refert. De Tyberis laudibus nemo uberioris Plinio capite quinto tertij libri. De Pyrgis Maro decimo Aeneid. Et Pyrgi ueteres intempest. & Grauiscæ. Vbi Seruius, quod grauem aërem sustinent, Grauiscas dictas ex Catone asseruit. Lege ipsum Catonem.

^d Anio. In Trebulanis ortus iugis, Tiburtinos alluit. Silius libro octavo: Quiq; Anienis habent ripas, gelidoq; rigantur Symbriuio &c. De Telamone portu Plinius, Ptolemeus ante Populoniam Traianum portum nominare mihi uisus est. Plinius iuxta Cecinam Populonium nominat. Pisæ à Peloponnesibus Piseis conditas Maro indicat libro Aeneid. decimo: Alpheæ ab origine Pisæ Vrbs Hetrusca solo. ^e Hetrusca. Populorum Italie in Tuscam uergentium propè hæc partitio est: à freto Siculo ad Laum amnem Brutij tenent. Hinc ad Silarum Lucani. Mox Piæntini ad Sarnum, inde Campani ad Lirim clarissimum amnem, interfluo Vulturno patent. Hinc Latini censetur ad Tyberim, in reliquo littore Hetrusci habitarunt ad Macram usque, ubi Liguriæ principium est, que Varo in extimo Italie termino finitur. In Hetruria hodie Florætia clarissima, aliquando Flucentia, quod ad Arnii fluenta extructa sit, dicta: & Flucentini illic populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auspicato uocantur, ut in quadam ad Scalam suum epistola Angelus tradit Politianus. Sunt uero qui Florentia nomē antiquum, & ipsam nobilem fuisse P. Romani coloniam, ex Frontini de Colonis fragmentis probent: neq; unquam ab illo uentre auctore à Flucentiis Florentia illic oppidi nomen deriuatum. Ipse certe Tacitus Florentiam uocat lib. I. Orantibus Partitio late ris occidui Italie Florentia.

Florentinis ne clavis solito aliueo demotus in Arnum transferretur, idq; ipsis perniciem afferret. Hallucinari autem & toto errare cœlo illos constat, qui à flore quem oppidanis donasse Carolum imperatorem garriunt, nomen Florentiae datum hactenus putarunt.

a Luna. Portu nobilis, ut Ennius: Lunai portum est operæ cognoscere ciues. **b** Liguria. Duplicem faciunt Strabo & Plin. Transalpinam & Cisalpinam. Lege il-

lum libro quarto. Metropolis est Genua nobili portu, & uetus & potentia fama celebris.

c Sabas

Sabatia uada.

Pli. capite quinto libri tertij: Albigenum, inquit, oppidum, portus, uadum Sabatum. Strabo quoq; ad Genuam, ait, Ligusticum emporium est, & Sabatia uada nuncupata, que paludes sunt. Silius libro octauo: Quiq; tuos Flavinae fo-

cos, Sabatia quique stagna tenent. Hec sunt Sabatia uada, apud que Pertinax Imperator mercaturas exercuit, auaricia & lucri cupiditate ad priuatorum hominum studi aptus, ut ait Capitolinus. Mela igitur recte inter oppida numerat. Sabatia inde dicti Ligurum celeberrimū Straboni.

Jupiter Sabatius.

Nō ignoro Hetruriæ partē Sabatiā dictā Catoni, à Sabatio scilicet eius Sabi patre, qui Sabinis nomen ipso usse creditur, ut libro septimo scribit Silius. Fuit autem Sabatius Sag a cognomine Saturnus ille, qui, ut Berosus tradit, in Italiam ad patrem Ianum uenit, quem hospitio exceptum Coritum, id est hastatum Iouem creauit. Nam agriculturæ rationem auxit, falcesq; fœnarias, frumentarias, cæsiuas & putatiuas arborum (ut Annij uerbis utar) institut. Inde Iouem Sabatum nominatum uero est simillimum, cui sacra aliquando Romæ cœpta sunt, nouo ritu & morib; Romanis aduerso prohibente ea. C. Cornelio Hispano prætore peregrino, ut Valerius libro primo scribit, etiam si apud eum Sabatius legitur. Et sunt qui illuc Dionysium Sabazium intelligent, non Iouem, ex Suid. & Apuleio, qui Bacchum Sabadium cognominant. nomen datum existimantes & τὸ σαβάζειν, quod barbari tripudiare cum furore dixerint, ut adnotauit Cœlius capite decimoquinto libri quarti.

Alpes.

d Varum. Lege de Varo Strabonem libro quarto à principio.

e Alpes. Quas Silius libro tertio, Clauſas niuibus rupes, suppostaq; cœlo Saxa, uocat.

Festus Alpum Sabinos dixisse ait, quod album posteri Latini dixerunt: ut credi possit nomen Alpium à niuium candore incoluisse. Earum mensum ex uarijs authoribus Plinius retulit capite decimonono tertij lib-

bri. C. Sempronius, Alpes, inquit, tribus partitionibus secantur. Prima Ligurum, quod ab

eis oriantur, à Nicea ad Pœnimum. Sequens ab eo ad Ocram mōtem Pœninus dictus

à transitu Hannibal, à quo & Pœnimum iter postea dictum. Tacitus libro

decimo septimo. Pœnino itinere sub signanum militem, & graue lea-

gionum agmen bybernis adhuc niuibus traduxit. Tertia Tau-

risana usque in Histriam. Omnibus autem in Alpinis,

exceptis Liguribus, notissimam originem Hetrus-

cam esse scribit, & præcipue Rhetijs. At

Mela non in Histriam solum, sed By-

Zantium usque ad Euxini lit-

tora expansa mon-

tana Alpium

nomine donat. Pomponij sententiam Tacitus confirmat, alicubi Pannonicarum Al-

pium mentione facta, cum ante Cotiarum, Graiarum, Iuliarum, Pœnarū, Rhe-

ticarum meminiſset. Rufus etiam Sextus in Epitome ad Valentianū Aus-

gu. Acceserunt, inquit, Romanæ urbi Alpes maritimæ, Alpes Cotiae,

Rheticæ, Noricæ, Pœnonicæ. Nullus uero poëta Latinus, quod

quidem sciā, uberioris eleganteriusq; de Alpibus re-

tulit, quam Silius libro belli Punici tertio.

GALLIA.

GALLIA NARBONENSIS.



Allia . Marcellinus decimoquinto libro: Hanc, inquit, Galliarum plagam ob fugiēstus montium arē duos, & horrore niuali semper obductos, orbis residui incolis antehac penē ignotam, nisi qualitōe ribus est uicina, munimina claudunt undique natura uelut arte circundata: & à latere quidem Australi Tyrrheno abluitur, & Gallico mari, qua coeleste suscipit plaustrum, à feris gentibus fluentis distinguitur Rheni: ubi occidentali subiecta est syderi, Oceano & altitudine Pyrenæi cingitur: unde

ad Solis ortus attollitur aggeribus Alpiū Cotiarum. Hactenus ille. Quicquid uero terrarum intra hos limites expanditur, id uniuersum partium duarum Pomponius fecit: quarum altera in Ligusticum, Gallicūq; mare, altera in Oceanum Britanniam uersus inclinat, Gebennicis iugis intermedij. Quod meridiem spectat, Narbonensi tribuitur: quod plaustru suscipit coeleste, hoc est sub Arcton uergit à Pyræo, Aquitaniam, mox Celticam siue Lugdunensem, postremo ad Rhenum Belgicam, in qua

Allia^a Lemano lacu, & Gebennicis monti, Gbus in duo latera diuisa, atque altero Tuscum pelagus attingens, altero Oceanum: hinc a Varo, illinc a Reno ad Pyrenæum usque promittitur. Pars nostro mari apposita, fuit aliquando Braccata, nunc Narbonensis, magis culta, & magis^b consita, ideoque etiam lætior. Vrbium quas habet, opulentissimæ sunt^c Vasio Vocontiorum, Vienna

& Heluetijs sunt, continet. M. Cicerō in oratione de prouin. Consularibus: Gallie, inquit, due, quas hoc tempore uno imperio uidemus esse coniunctas. & cetera. Quo in loco Narbonensem & Comatam intellexisse uidetur, in quas peculiariter ea Gallia, que ultra Alpes est, diuiditur. De Narbonensi hic fit mentio, aliae Gallie libro tertio reddentur. Caius Cæsar in primo cōmentariorū belli Gallici, tres tantū Gallie partes esse uoluit: et uideri potuit septentrionalem tantū, in qua res maximas gerit, diuissime: nisi libro quarto Strab. illam eius sententiam fuisse assereret. Ammianus quoque, qui Cæsarem secutus: Priscis, inquit, temporibus, haec partes, ut Barbaræ tripartite fuisse creduntur, in Celtas eosdem Gallos diuise, & Aquitanos, & Belgas. Augustus melius quadrifidam Galliam statuit, quem Strabo, Mela, Plinius, Ptolemæus secuti sunt. Narbonensis, cui à clarissima ciuitate sua nomen est, citius ceteris, nec sanè difficile prouincia facta est: congruebat mores, & Massilia studiorum aliquando mater, Græca mollicie propinquum agrum à se uitia (ut Itali nominant) feritateq; & armorum studijs ad mansuetius uitæ genus auocauerat: aliae durioris coeli, tum & origine, & armorum exercitio Germanis persimiles, adusque Dictatoris tempora liberæ mansere: mox uolentibus (ut puto) fatis ab illo deuictæ, qui Romanam ipsam uicit. Sed illa Narbonensis primū per Ful. Flaccum, qui Massiliensibus auxiliatum uenerat, mox Sextij leuibus bellis, postremo Fabij illius qui Allobroges fortissim. in gentem uicerat, uirtute pellecta, Romanæ potentie haud ægræ cessit. Bracata aliquando dicta à uestium (ut est notum) habitu, cum reliqua à nutriendi capilli studio Comata diaretur: quanquam sunt qui totū id nomen Gallie falso tribuant, illo Lucani uersu moniti: Crinibus effusis totū prelate Comata. Constat enim ex libro undecimo Cornelij Taciti, Comatam à Narbonensi aliam esse omnino. Referrem hoc in loco que Gallorum origo, que nominis ratto, nisi uiderem inuito mihi extuberare scholia, ut planè non scholia, sed uerbosa commentaria cuiquam uideri possint. Porrò omnia mihi diligentissime reddidisse uidetur libro decimoquinto Ammianus. Id regnum hodie potentissimum est, cum uectigalium amplitudine, tum singulari quadam grauitate, & multorum consilijs confirmata prudentia insigne. a Lemano lacu. que hodie Gebennicū & Losanensem uocat: de eo Lucanus libro primo: Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno. In eius ora situm oppidum Genua, siue Geneua Cesari, qui idem libro. 7. Galici belli Gebennā nominat montem Heluetios ab Auernis separantē. Hodie Gebena, Lucano Gebennæ libro primo: Qua montibus ardua summis Gens habitat, cana pendentes rupe Gebennas. Gebennicos montes scribit Hermolaus eos esse, quos Cemenos Græci uocant, Aquitanos alicubi à Celtis separantes, quod Strabonis sententiae propè accedit. b Consita. Ideo Plinius: Agrorum, inquit, cultu, uirorum morumq; dignatione amplitudineq; opum nulli prouinciarum postponenda, breuité que Italia uerius, quam prouincia. c Vasio. Hanc & Plinius Vocontiorum facit caput, retinet hodie nomen. Sed Vocontij, Tricastinis à meridie iuncti in Vasio: Druentium annem inclinant, hodie pars horum, quos Sabaudios nominamus. d Vienna Allobrogum. Acque illustris, cui ne hodie quidem quicquam de uetusta claritate demptum est. Est & Ostrie Vienna clarissima, sed quam Vianam Plinius nominasse uideatur inter oppida Norica libro tertio, ut Hermolao placere video: Cui sene & ipse accederem, nisi oppidum minime uetustum esse id argumento foret, quod nulla prorsus paulo remotius antiquitatis apparent uestigia. At infra Vianam interuallu. 24. mille passuum, ad Danubij alueum locus est, quem Petronellam uocant, cum maximi oppidi uestigijs: nam rudera paſsim in gentium edificiorum extant, & tabule plurime latinarum literarum, tum & nummi, Romanarum legionum, ad Istri ripas contra Germanos excubantium testes. Ibi Vianam fuisse non ausim afferere, tam diuersa sententium contentio, ne dicam audacia durat. Allobrogos & uictoria Fabij & Cauijne coniuratione noti sunt, ad tractum Lugdunensem olim siti, Ptolemæo,

Nemausus.

Tectosages.

Adagium.

Secundani unde.

Nota.

Dubium quae lingua Gallis tribuenda.

Narbo.

Atacini.

Ligures.

Halycidon.

Massilia.

a Auenio. In quam Pontifices Romani ius habent. Cauares autem Cataros Strabo (nisi fallor) nominat, Ptolemeus Cauaros, intra Druentium & Isaram amnes sitos. **b** Nemausus. Strabo quoque libro quarto Arecomorum metropolis Nemausus est. Arecomici, ut idem scribit, pars Volcarum trans Rhodanum in oasum uersi. Nemausus secundum Narbonem, omnium in eo tractu clarissima olim: quatuor enim & uiginti uicos eiusdem nationis subditos habuit, uirorum fortitudine excellentissimos. lege Strab. Yetustum retinet nomen. **c**

Tolossa. Pyrenæis adproximās, à qua Tolosa.

Tectosages dicti, Plinio. Tectosages autem fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenæis propinqui & Cemenijs sunt: adeò olim potentes opibus, & uirium præstans, ut per Greciam tunc uictricem gentium, magna hominum manu profecti, in Asia supra Phrygiam Cappadociamq; sedes posuerint, incolumes ab omni finitimerum incursu. Tectosages & Tholostobogi dicti Floro, Plinioq;, & ceteris. Notum est adagium: Aurum habet Tolosanum. De cuius raptu questionem aliquando habitam Rome scribit M. Cicero lib. de natura Deorum 3. Conuenit autem in eum cui fata res secundas esse nolunt, cuiq; malum malo exaggravatur. Meminit Gellius libro tertio, apud quem corrupte ferè legitur, terra

Italia, pro eo quod est terra Gallia. lege si lubet. 22. libro Iustinum.

d Arausio. Nunc Arausinensis ciuitas dicta. Secundanorum, ut aliæ Sextanorum Septumanorumq;, & id genus cognominibus appellantur: à legi onum uidelicet ordine numeroq; illuc à Triumuiris Cæs. Dictatoris cura adhibitis deductarum, eo modo quo secundum Grecos Romani frequenter sunt soliti. Nihil enim est omnium, quod amplius firmiusq; gentis alicuius imperium facit, quam cura illa, quæ deducendis colonijs impenditur. Citius tuis mandaueris quam alienis: nec est homini difficile ad eos quacunq; fide data, desciscere, quibus cum sibi in uitæ morumq; ratione conuenit. Ea de re uideremus persepe, à magnis principibus longius egressis plerosq; occupari, metu magis uiolentiæ, quam prompta fide subiugos, qui cæstæ timore, tanquam ab odio uictore libenter desciscunt. Secundani ergo secundæ legionis milites, ut Sextani sextæ, Decumani decimæ, sicq; de alijs ordinum milibus pari ratione. Capitolinus in Cladio: Tribunus equites Dalmatas egit, & legionem quartanorum. Tacitus libro primo: Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab un decimanis quintantiq; initio & tractis prima quoque & uæsimæ legionibus. Et paulo infra: Quartadecimani (inquit) paulum dubitauerant. Item: Sinistrum latus uæsimani, dextrum quintani clausere. Simili modo & tertiadecimanos alicubi uocat decimæ tertiae legionis milites. Hæc res Gallorum genuina lingua deficiente, uernaculum paulatim induxit, nec Latium sancè, nec Gallicum. Nec est in promptu diære quæ lingua primi Galli fuerint usi: Graecam calluisse Cæsar's testimonio constat, qui in primo Commentario in Heluetiorum castris, qui tum Galli erant, tabulas Græcis literis inscriptas inuentas ait, quibus occisorum in pugna numerus contineretur. De his referendi amplius nobis tertio libro fortasse locus dabitus.

e Arelate. Plinius quoque in mediterraneo, inquit, colonia Arelate Sextanorum, Biterria Septumanorum. Strabo Arelaten iuxta Rhodanum sitam amplissimo emporio insignem esse scribit. Hodie Honorato & Hilario sanctissimis aliquando præfulibus suis clara est. Biterram Pomponius & Strabo Bliteram uocant.

f Sed antestat. Plinius quoque Martium cognomina: nam maxima inde terre illi olim auxilia fuerunt, ut Pomponius refert. Hæc hodie & quæ est clara atque olim fuit. Commendata maxime libro quarto Straboni. Ad Atacem annem hanc longe à mari sita. Atacinos uero ab Atacœ dictos, à quibus Rome Atacinorum nomen ortum sit, tradidit Hermolaus.

g In littoribus. Trans Varum scilicet: at Ptolemeus citra statuit. Plinius libro tertio: A Varo, inquit, Nicæa oppidum à Massiliensibus conditum. & cetera. luxta fluvium Padonem, Paulonem supra Pomponio dictum.

h Austro atque africo exposita est. Strabo: Vniuersa circumiacens ora, inquit uentis exposita est. Id quod satis littorum forma demonstrat.

i Deceatum. Ligurum transalpinorum, Nam clarissimos Ligurum fuisse Salyos, Deceatus, & Oxybios, satis ex Strabone, Plinio, & Floro constat.

k Antipolis. Graeca urbs est, ut & Athenopolis à Massiliensibus condita, Plinio. Tacitus libro decimo septimo: Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Gallæ municipium reuertere. De foro Iulij, que Pacensis cognominata est, Olbia item & Citariste promont. etiam Ptol. Vide tabulam Europeæ tertiam. De Glano Plinius.

l Halycidon. Nomen à Salinis datum, quas Halydes Graeci uocant, ut hoc in loco ex Strabone Hermolaus tradidit.

m Massiliensium. Urbs aliquando fama rerum gestarum, abundantia opum, uiriumq; & doctrinarum gloria florentissima. Cicero in oratione pro Flacco: Neque uero te Massilia prætereo, que L. Flaccum militem questorem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atque grauitatem

grauitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græ corum omnium regionibus, disciplinis, linguisq; diuisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbarie fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint, quam emulari. De huius origine Iustinus. 43. libro multa. A Phocensibus Asiaticis conditæ esse constat, qui rectius à Phocea ilia sua Phocaenses dicerentur, teste Hermolao. Lucanus ærte Phocea nominat: Phocais in dubijs ausa est seruare inuentus Non Græca levitate fidem. Et

oras illuc Phocaicas libro quarto Sil. Scipio Phocaicis se referebat ab oris. Lucanus libro quinto, ex ea Phocide quæ iuxta Bœtiā est, profectos esse, qui Massiliam considerint, indicat, cum ait: Fama ueteres laudantur Athenæ, Massiliaq; sue donatur libera Phocis. At Strabo quarto libro supra Iustini testimonium, ab Asiaticis conditam tradit, qui ab Ephesia Diana cursus initium afferunt. Idē Strabo decimoquarto libro: Post Leucas, inquit, in sinu est Phocæa, de qua tunc diximus, cum mentionem de Massilia faceremus. Quin & Ammianus libro decimoquinto: A Phocide, inquit, Asiaticus populus, Harpalii inclem tam uitans Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petit: cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennensi Massiliam, quæ uerba ex libro decimo noctium Atticarum Gellij mutatus est. Idem de Velia in Lucania alicubi

Lucanus.

A Phocaenibus condita Massilia

Hæc a Phoceis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimillimis tamen uicina gentibus. Mirum quam facile & tunc sedem alienam ceperit, & adhuc morem suum teneat. Inter eam & Rhodanum maritima Auaticorū stagno assidet^a fossa Mariana. Partem eius amnis nauigabili alueo effudit: alioquin littus ignobile est Lapideum (ut uocant) in quo^b Herculem contra Albionem & Bergionam Neptuni liberos dimicantem, cum tota defessient, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt: credas pluifse, adeo multi passim & late iacent. Rhodanus non longe ab Istri Rhenique fontibus surgit, deinde Lemanno lacu acceptus tenet impletum, seque per medium integer agens quantus uenit, egreditur. Inde contra in occidentem ablatus aliquandiu Gallias dirimit. Post cursu in meridiem

Strabo commemorat. Agathius quoque Græcus & ipse scriptor in eandem alia sententiam retulit. Decipiuntur igitur nominū symbolo, ut mihi uidetur, qui Lucano fisi, Phocensibus Europæ magis quā Asia Phocaenibus Massiliæ originem adscribunt. De urbis huius ueteribus institutis multa libro secundo Valerius, & Rhodiginus Cœlius capite octavo libri antiquarum lectionum noni. Inlytam fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ uita Tacitus testatur, cum sociorum scribit Agricolam statim parvulum, sedem ac magistrum studiorum Massiliam habuisse, locum græca comitate & prouinciali parsimonia mixtum, ac bene compositum. Lege Strabonem. a Fossa Mariana. Plinius Marij & opere & nomine insigne stagnum uocat. Strabo lacum Marij amœnum aspectu, & Ostreis refertissimum: in hunc ex Rhodano fossam ductam fuisse Plinius indicat. Ideo nauigabili eum amnis alueo effundi ait Mela: à Strabone quidem diuersus, qui monte intermedio lacum ab ostijs seerni ait. Illic cognomine oppidum esse Ptolemaeus plane, & Pomponius hic suis uerbis ostendit: et stagnum Auaticorum, qui eo littore celebres fuere cognominat. Constat autem Marium in Narbonensi cum alia egisse præclara, tum Cimbros ad Sextias aquas, quas Sextius, ut fertur, ante se considerat, magna profligauisse uictoria, unde & locis sua cognomina fuerunt.

b Herculem. Multi Aegyptium intelligunt. At constat Arguo pleraque omnia uel ab alijs gesta tripli. Notandum & in Liguria locum fuisse, ut in Originibus M. Cato scribit, quo compluti à Ioue lapides iacerunt, in auxilium Herculis contra Ligures Etruscos Gigantes. De his Aeschylus locutus est, cum (ut Strabo indicat) Prometheus inducit, Heracli ea que sibi cuentura essent, si ad Geryonem tendat, inter alia in hæc uerba canentem: Ad formam Ligurum & timoris infirmum aduentabis exercitum, & paulo infra: Ibi ne lapidem quidem ullum ē terra aptandum habebis, cum totus mollis locus existat. Spectans uero te opis egentem Iupiter miserebitur, & nebulum intendens, & rotundarum imbre petrarum infundens solum inundabit, quarum ope congressus, facile Liguriam uastabis exercitum. &c. Menunit eius loci ex fabula, que Prometheus Hymenæos inscribitur, in Astronomia Hyginus. De Lapide uero in Narbonensi hic Pomponius, & libro tertio Plinius. Quem Ioannes Annius eius factum, quam prædicatorum cognominant, monachus non admodum iuste reprendit, manifesto Pomponio: quasi uero utring; tales campi non fuerint. Porro hic contra Albionem & Bergionam dimicauit, illic contra Ligures Gigantes Lamones dictos. Postremo tanquam Melam non legerit, à nullo Historicorum Latinorum hos campos in Gallia statui, ausus est asserere falsò. Albionem autem & Bergionem Gigantes fuisse Neptuni filios, ideo fictum, quod authore Diodo. Hercules Barbaros montanos infestos transeuntibus, latrocinijsq; assuetos, occisis eorum ducibus deleuit: è quorum numero illos fuisse cum terra, tum mari mortalibus infestos crediderim. Constat Gallos Hercules coluisse: quo uero habitu, Lucianus doctissime explicat in Dialogo, cui titulus est Hercules Gallicus, hunc legitio. Lapides adeo numerosa copia sparsos Aristoteles à terræmotibus ē mari bullientibus in plana iactos autumauit, Posidonius ex congelatione coenit, Aristotelis ratio uero similior est. c Rhodanus. De hoc amne perquam eleganter

Lapides com pluti.

Aeschylus.

Plinius acta Luminia deser tus.

Albion.

Bergiona.

eleganter libro tertio Silius. Lucanus libro primo. Plinius à Rhoda in illo tractu Rhodiorum colonia, nomen impositum scribit. Apud Salassios in agro Sedunensi, ad eas Alpes quas hodie sancti Bernardi cognominant, caput tollit, ac primum uario decursu, nec unum in cardinem flexus, in occasum tandem conuertitur, & Lemannum fundit. Minuit ortus eius pluribus Marcellinus libro decimoquinto: Ararim recipit tardorem, Zonc uernacula acolarum lingua dictum, mox inter præcipuos Isaram & Druentium è Poeninis & Graijs iugis clapsos recipiens, tribus ostijs magno undarum impetu, in Galicū egreditur sinum. Ambrosius libro Hexaëmero secundo: Rhodanus, inquit, rapido concitus cursu Tyrrheni æquoris freta scindit: in quo non mediocre fertur nauigantium periculum, dum inter se maris fluctus & amnis fluentia decertant. Fontes sui à Rhe ni fontibus non adeò absunt, ab ortu Danubij ampliori. 100. millium passuum inter alio. lege Cesarem. a Hac intrat. Meridiem uersus elabitur. b

Volcae.

Stagna Volcarum. Meminit eorundem Plinius his uerbis: Oppida decætero rara præ iacentibus stagnis, Agatha quondam Massiliënum, & regio Volcarum Tectosagū. Volcarum utiq; nomen trans Rhodanum in occasum, uel Ptolemeo teste, celeberrimum fuit, sicut citra Saliorum siue Salyū. Inter rara illa Lataram censet Mela, & minime reliquis celebre Ledum flumen.

Mons Pessulanus.

c Mesua. Is est quem montem hodie Pullerium uocant, oppido uicino, eius nominis, quod Agatham dictum Plinio & Straboni, ex hic Pomponio, cœiecturis nō uanis colligitur, uulgari lingua Mompusier uocatur, Ptolemeus Agathopolim dicit. Vide tabulam de Araurari omnes.

d Obris. Plinio Obrin, Ptolemeo Orobis dicitur. Certe & Obris Plinio dietus uidetur: sed nomen corrupisse ut alias sepe, librarios. Quanquam uideam nihil magis uariari quam locorum nomina: que, si tantopere res omnes pessum abeunt, & omnia mutare tempus solet, quis & hæc ipsa adeò mutari miretur? Etiam si nulla re magis id usu uenit, quam quod nobilium scriptorum au

Librariorum inscritia. Atax.

thoritatem agnoscentes, & grē uel leuicula uitia pro uitijs recipiuntur: & condonare non raro quam emendare malus mus: odiosissim. librariorum inscritia, hoc modo magno fastu sese uenditante. e Atax. Clarus fluuius. Luca. lib. primo: Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas. Plin. quoq; è Pyrenæis oriri eum ait, Orobis tamen et Arau

Saljule.

raris è Cemeno monte. f Ingentis aluei. Quem crebris incrementis extendit, alioqui multo angustioribus undis delapsus: id quod propè omnia è montibus lapsa flumina solent. De Rubreso etiam Plinius. g Tenuis aditu.

Pisces terreni

Per angustas fauces. h Leucata. Nomine à candore dato, ut alibi sepe. i Salsuse. Antoninus in itine

Theophrastus

rario, Salsulas, sed alio in loco huius littoris nominare uidetur: quod nūnime mirum est, cum frequentes saline idem

diuersis locis uomen dare potuerint. Et nostra lingua Hall commune his locis nomen existit, in quibus salis, aut me

tallici & fossitij, aut factitij copia est, Græco utcunque seruato nomine, nam ex ipsis ἡλια sal dicitur.

vnde Graijs. Strabo libro quarto. Iuxta Ruscinonem, inquit, lacus est & ager, quem alluit exiguis supra mare res

fertus salinis, habet is effosiles pisces Cestrias: nam si quis duos aut tres fodiat pedes, & in limosam aquam fusam

nam demiserit, pisces eximie magnitudinis fixum penetrat, limo autem instar anguillarum alitur. Hactenus Stras

bo. Seneca libro tertio naturalium questionum ad Lucilium. Theophrastus, inquit, affirmat pisces quibusdam locis

erui: multa hoc in loco in mentem uenere, que urbane in re incredibili fabulam dicas, non cum rhetibus aliquem,

nec cum hamis, sed cum dolabro ire pisatum. Quid autem? quare non pisces in terram transeant, si nos maria trans

simus? Quibus uerbis indicat non adeò à uero alienum esse, in terra nasa pisces posse: quod Mela negat, dubitans,

ueri ne ignorantia, an quod de industria metieidi libidine proiecti, id tradere posteris uoluerint. Theophrastus grauis

author, in Paphlagonia effodi pisces gratissimos abis, terrenis altos scrobibus tradidit. Plinius Secundus, magnus alio

qui Græca uanitatis irrisor, cap. quinquagesimo septimo. 9. lib. de terrenis piscibus scribes, uerosimilia esse inuit, que

abducto^a hac intrat, accessuq; aliorum amnium iam grandis, & subinde grandior inter Volcas & Cauras emittitur. Vltra sunt^b stagna Volcarum, Ledum flumē, castellum Latara, Mesua collis incinctus mari pene undique: ac nisi quod angusto aggere contingenzi annectitur, insula. Tum ex Gebenis demissus Arauraris iuxta Agathā, secundū Bliteras^d Obris fluīt. Atax ex Pyrenæo monte digressus, qua suī fontis aqua uenit exiguus uadusq; est, & fūgentis alioquin aluei tenens: nisi ubi Narbonem attingit, nusquam nauigabilis: sed cum hybernis intumuit imbribus, usque eo solitus insurgere, ut se ipse non capiat. Lacus accipit eum Rubresus nomine spatiösus admodum, sed qua mare adiūtit, ^g tenuis aditu. Vltra est^b Leucata littoris nomen, & Salsusæ fons, non dulcibus: sed falsioribus quam marinæ sint aquis defluens. Iuxta campus minuta arundine gracilique peruridis, cæterum stagno subēnte suspensus. Id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis uelut insula natat, pelliue se atque attrahi patitur: quin et ex ijs quæ ad imum perfoſia sunt, suffusum mare ostendit: ^k unde Graijs nostrisque etiam authoribus, ueri ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacijs libi-

ens. Iuxta campus minuta arundine gracilique peruridis, cæterum stagno subēnte suspensus. Id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis uelut insula natat, pelliue se atque attrahi patitur: quin et ex ijs quæ ad imum perfoſia sunt, suffusum mare ostendit: ^k unde Graijs nostrisque etiam authoribus, ueri ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacijs libi-

tradicidit

tradidit Theophrastus. **a** Sardonum. Plinius: In ora, inquit, regio Sardonum, intusq; Consuarorum, flumina Thelin & Obrin, oppidum Illiberis magnæ quondam urbis tenue vestigium, Ruscino Latinorum. &c. quem lacum propè ad uerbum ex Pomponio translatis. Verum Obris meminisse maluit, quam Thicis, quod in Hispania statuit: nisi aliud est Thicis, quod Rhodam præterfluit, infra Melæ redditum. Ruscinoni ab amne uicino nomen est, cuius & Ptolemeus meminuit. Illiberi, ut Hermolaus tradit, Eliberris, Ilbirris, Eliberri & Ilberis, usu confusaneo dicitur.

dine, uisum est tradere posteris, in ea regione piscem e terra penitus erui, qui vbi ex alto hucusque penetra uit, per ea foramina iectu captantium imperfectus extrahitur. Inde est ora **a** Sardonum, & parua flumina Thelis, & Thicis: vbi accreueret, persæua: colonia Ruscino, vicus Eliberri magnæ quondam urbis, & magnarum opum tenue vestigium. Tum inter Pyrenæi promotoria portus **b** Veneris est in sinu salso, et Ceruaria locus, finis Galliæ.

HISPANIA.

Dyrenæus primo **d** hinc in **c** Britannicum procurrit Oceanum, tum in terras fronte conuersus Hispaniā irrumpit: & **f** minore eius parte ad dexteram exclusa, trahit perpetua latera cōtinuus, donec per omnem prouinciam longo limite immissus, in ea litora quæ **g** occidenti sunt aduersa, perueniat. Ipsa Hispania, nisi qua Gallias tangit, pelago vndiq; incincta est, vbi illicis adhæret, maxime angusta paulatim se in nostrū mare & Oceanum extendit, magis magisque latior ad occidentem abit, ac sit ibi **b** latissima. Viris, equis, ferro, plumbo, aere, argento, auroque tam abundans, & adeo fertilis, vt sicubì ob **'** penuriam aquarum effœta, & sui dissimilis est, linum tamen aut **k** spartum

racone à Scipionibus condita urbe datum. In ea hodie regna sunt Tarragoniæ siue Cataloniae, Navarriæ, Castiliæ: in Bethica Granata Lusitania ferè ad Portugalliam attinet, supra quam Galicia est, et Guasconū sedes in septentrione exposita, Amnes Hispaniæ clarissimi sunt, Iberus, Bethis, Tagus, Anas & Durius. Vide tabulam Europæ secundam Ptole. & adhibe quæ scribit capite primo tertij libri Plinius. Hispaniæ laudes Cœlus conscripsit Rhodiginus lib. ant. lecti. 10. cap. 22. Pyrenæus. Qui Hispanias Galliasque distinguit promontorij in duo diuersa maria projectis, Plin. Silius Italicus libr. 3. Pyrene etiā nimbose uerticis arce Diuisos Celtis alte prospectat Iberos. Atque æterna tenet magnis diuortiis terris. **d** Hinc. A Ceruaria loco. **e** Britannum, Ptole. Cantabriam à Cantabris. Vtruna que belle conuenit. **f** Minore eius parte. Quam Artabri, Astares Cantabri, & Varduli, nunc Vascones tenent: in id enim latus Pyrenæi iuga maxime inclinat: **g** Occidenti. Cardini occiduo: nam ad coelum respexit Pompon. **h** Latissima. Inter Celticum promontorium, & extimum freti Gaditani littus, ubi Iunonis est templū.

i Penuriam aquarum. Qua plerisque locis premitur. **k** Spartum. Herbam sponte nascentem, & quæ se nequeat, nam proprie iunctus est aridi soli. Crescit in Africa exiguum, & inutile, melius in agro citerioris Hispanie, montibus etiam sparto operitus. Plinius author capite secundo libri. 19. eius usus in nauticis præcipuus est, rudenter inde sumpta materia. Strabo tertio libro cum agrum ideo Spartarium vocat, spatiosum ac modum, & aquarum indigentem. Sed reuertamur ad Pyreneum. Strabo: Pyrenæi, inquit, latus in Hispaniam uergens, constitutum est varijs arboribus, materie multitudine, & quæ semper uires gerunt: alterum autem Galiam spectans, nudum omnino: nomen accepit à fulnum iectu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dictum, fabulose tradit libro tertio. Diodorus libro sexto, ubi de Pyrene: Ferunt, inquit, prisca temporibus igne à pastoribus iniecto, montanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos. Et quia hoc in loco Pyrenæi meminimus, Plinius mihi locus

Hispaniæ
summaria
descriptio.

Pyrenæi

Spartum.

Pyrenæus i-

Locus Pliniij
Ceciliij.

b Veneris. Quam Pyrenæam Plinius cognominat. Strabo locum ipsum Aphrodisiū, Ptol. Veneris tēplū: iuxta qd nō admō dū ceteris memoratus locus Ceruaria est.

HISPANIA.

 Hispania à Pyrenæis ad fratum usq; Gaditanū ora in meridiem et nostrū mare conuersa procurrit. Hac, ut reliquas hactenus more suo Pōponius legit, ulteriora latera tertio libro redditurus. Nos in studiosorum gratiam, generatim hoc in loco, quæ ad eius terre ubiorem notitiam facere uidetur, paucis præfabimur. Quicquid trans Pyrenæos montes in occasum expanditur, uno id nomine Hispania dicitur: terra uiris (nam Quintilianum, Senecam, Martiæ lem, Siliū, Lycanum, aliósque in numeros genuit) equis, metallis plumbi, ferri, aeris, argenti, auri, tum & minio, & marmore diues: ut Plinius & Strabo uterq; tertio libro, Iustinus libro ultimo, Diodorus libro sexto. Et alicubi Martianus Solinusque tradunt. Ea in ulteriore aliquando & citiore diuisa est. Ulterior in Mauritaniam & Atlanticum inclinans. Provincias habet Bethicam fertilissimam, à Bethi, quo irrigatur amne dictam. Alteram Lusitaniam, à Lusu Liberi patris sic uocatam, ut Plin. tradit: eas Anas flumi diuidit. Quicquid ultra est interna litora & Pyrenæū patēs: Tarraconensi attinet, nomē à Tar

racone à Scipionibus condita urbe datum. In ea hodie regna sunt Tarragoniæ siue Cataloniae, Navarriæ, Castiliæ: in Bethica Granata Lusitania ferè ad Portugalliam attinet, supra quam Galicia est, et Guasconū sedes in septentrione exposita, Amnes Hispaniæ clarissimi sunt, Iberus, Bethis, Tagus, Anas & Durius. Vide tabulam Europæ secundam Ptole. & adhibe quæ scribit capite primo tertij libri Plinius. Hispaniæ laudes Cœlus conscripsit Rhodiginus lib. ant. lecti. 10. cap. 22. Pyrenæus. Qui Hispanias Galliasque distinguit promontorij in duo diuersa maria projectis, Plin. Silius Italicus libr. 3. Pyrene etiā nimbose uerticis arce Diuisos Celtis alte prospectat Iberos. Atque æterna tenet magnis diuortiis terris. **d** Hinc. A Ceruaria loco. **e** Britannum, Ptole. Cantabriam à Cantabris. Vtruna que belle conuenit. **f** Minore eius parte. Quam Artabri, Astares Cantabri, & Varduli, nunc Vascones tenent: in id enim latus Pyrenæi iuga maxime inclinat: **g** Occidenti. Cardini occiduo: nam ad coelum respexit Pompon. **h** Latissima. Inter Celticum promontorium, & extimum freti Gaditani littus, ubi Iunonis est templū.

i Penuriam aquarum. Qua plerisque locis premitur. **k** Spartum. Herbam sponte nascentem, & quæ se nequeat, nam proprie iunctus est aridi soli. Crescit in Africa exiguum, & inutile, melius in agro citerioris Hispanie, montibus etiam sparto operitus. Plinius author capite secundo libri. 19. eius usus in nauticis præcipuus est, rudenter inde sumpta materia. Strabo tertio libro cum agrum ideo Spartarium vocat, spatiosum ac modum, & aquarum indigentem. Sed reuertamur ad Pyreneum. Strabo: Pyrenæi, inquit, latus in Hispaniam uergens, constitutum est varijs arboribus, materie multitudine, & quæ semper uires gerunt: alterum autem Galiam spectans, nudum omnino: nomen accepit à fulnum iectu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dictum, fabulose tradit libro tertio. Diodorus libro sexto, ubi de Pyrene: Ferunt, inquit, prisca temporibus igne à pastoribus iniecto, montanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos. Et quia hoc in loco Pyrenæi meminimus, Plinius mihi locus

Maria Cata
nus.

incidit, in Panegyri ad Traianum scripto, haud dubie corruptus: apud quem ubi de Germania fit mentio, Pyrenæus alpes immensiq; alijs montes &c. legitur pro eo qd est, Pœninae alpes, non Pyrenæus alpes. Nec deceptus est Secundus, quē uiq; multo maxime hæc animo tenuisse credo, sed plerique oēs corrupti codiæ: id quod Ioannes Maria Cataneus interpres suis belle, ut est doctissimus & plurime lectionis homo, deprehendit, loco tamen non planè excuso, cōnuens, immo indignans: nam quæ librariorum culpa erat, Plinio tribuit, erratum agnoscēs. De Pœninis alpibus, hoc

est Pœnino monte M. Cato, & C. Sempronius meminerunt. Marcellinus: Alpes, inquit, Graecæ, Pœninae, habent et Auanticum desertam ciuitatem, sed non ignobilis quondam &c. Ptolemeus eas Poenæ uocat, nomine ad Ocrā usq; qui sub Rhetijs est, durante, ut supra docuimus. Pars harū in Helvetios nostros uersa Dui Bernardi auspiciatum hodie cognomen habet. Nec temere ad Gratianum Aisonius, in superabilia Rhetiæ uocati iuga, cum altitudine uisenda, tum hyeme propè perpetua in culta: ea Alpium à Gallijs Germanijsq; ita liam seceruentium immanitas est.

a Altero capite. Quo in Pyrenæum definit, hinc in utrumque pelagus excurrens. Vt re hoc loco pictura. b Sed latere ad septentriones. Plinius capite uigesimali primo quarti libri, Lusitaniam à septentrione Durio amne finit, reliqua citeriori attribuens: in qua sententia & Ptolemeus est. At Strab. con Mela conuenit: nam huius regionis, inquit, latus australe Tagus cingit: ab occasu uero & septentrione Oceanus. Idem tamen alibi, ubi de Bethica, suo tempore Durio terminari Lusitaniam ait, hinc ad Arctos, que hodie Gallicia dicitur, aliquando Lusitaniam quoque dicta. Attuli hæc monendi tantum gratia, ne cui diuersa sententia errorem pariat, aut molestiam. Nihil autem refert quo in loco regionum sint termini, quorum perpetua est inconstans, dummodo de terris quæ sint aut ubi sine, constet.

c Pallantia. Vacceorum, à qua Pallantini, ut à Numantia aliquando Celtiberorum Numantini dicti: sed Numantia clade sua notior est, quam ut memorari debeat.

Lege libr. secundo Florum. De Cæsaraugusta ad Iberum sita, Ptol. Strabo Augustam Cæsaream nominat.

d Emerita. Strabo Augustam Emeritam ostendit. Est hec urbs coco celebris: est id rubeum gramen, cuius succo uellera tinguntur, Tyrio splendori neutquam cedentia, ut Plin. scribit. 41. cap. noni libri.

e Astigi. A quo Astigitanus conuentus, Plinio: sicut Cordubensis, Ispalensis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Bethicam Plini. ait cunctas prouinciarum diuini cultu excellere, fertiliq; insuper, ac peculiari nitore. De Corduba Silius libro tertio: Nec decus auriferæ cessauit Corduba terra. Bethici, auctore Strabone, studioſissimi & amantissimi uetus statis extitere. Extant qui maioribus non cedunt, & fuere haud multis retro annis doctissimi, è quoru numeru Alphōsus Rex Astronomus clarissimus.

f Legas. Stringas, maritimo transitu.

g Altum. Mare.

h Rhodam. Strabo non Rhodam, sed Rhoden uocat Emporiensium, quam Sambroca amnis præterit: eam à Rhodijs conditam fuisse multi tradiderunt: eximium aliquando Ephesiæ Dianaë ueneratione.

i Clodianum. Flumen id est, Ptolemaeo Clodia-

Lusitanie
termini.

Coccorum.

Alphonsus
astronomus

Emporia.

Tarraco.

alat. Tribus autem est distincta nominibus, parsque eius Tarragonensis, pars Bethica, pars Lusitania vocatur. Tarragonensis⁴ altero capite Gallias, altero Bethicam Lusitaniamq; contingens, mari latera obiicit nostro, qua meridiem, qua septentrionem spectat Oceano. Illas fluuius Anas separat, & ideo Bethica maria vtraque prospicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem nostrum. Lusitania Oceano tantummodo obiecta est,^b sed latere ad septentriones, fronte ad occasum. Vrbium de mediterraneis in Tarragonensi clarissimæ fuerunt^c Pallatia, & Numantia, nūc est Cæsaraugusta. In Lusitania,^d Emerita: in Bethica,^e Astigi, Ispalis, Corduba. At si littora^f legas, a Ceruaria proxima est rupes, quæ in^g altū Pyrenæum extrudit. Dein Thicis flumen ad^h Rhodam,ⁱ Clodianum ad^k Emporia. Tum mons Iouis, cuius partem occidēti aduersam eminentia cautiū, quæ inter exigua spacia, vt gradus subinde consurgunt,^l Scalas Hannibal's appellant. Inde ad Tarraconem parua sunt oppida,^m Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. Parua flumina, Betulo iuxta Iouis montem, Rubricatum in Barchinonis littore inter Subur, & Tholobin maius.ⁿ Tarraco vrbis est in his oris maritimorum opulentissima. Tulcis eam

c Pallantia. Vacceorum, à qua Pallantini, ut à Numantia aliquando Celtiberorum Numantini dicti: sed Numantia clade sua notior est, quam ut memorari debeat.

Lege libr. secundo Florum. De Cæsaraugusta ad Iberum sita, Ptol. Strabo Augustam Cæsaream nominat.

d Emerita. Strabo Augustam Emeritam ostendit. Est hec urbs coco celebris: est id rubeum gramen, cuius succo uellera tinguntur, Tyrio splendori neutquam cedentia, ut Plin. scribit. 41. cap. noni libri.

e Astigi. A quo Astigitanus conuentus, Plinio: sicut Cordubensis, Ispalensis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Bethicam Plini. ait cunctas prouinciarum diuini cultu excellere, fertiliq; insuper, ac peculiari nitore. De Corduba Silius libro tertio: Nec decus auriferæ cessauit Corduba terra. Bethici, auctore Strabone, studioſissimi & amantissimi uetus statis extitere. Extant qui maioribus non cedunt, & fuere haud multis retro annis doctissimi, è quoru numeru Alphōsus Rex Astronomus clarissimus.

f Legas. Stringas, maritimo transitu.

g Altum. Mare.

h Rhodam. Strabo non Rhodam, sed Rhoden uocat Emporiensium, quam Sambroca amnis præterit: eam à Rhodijs conditam fuisse multi tradiderunt: eximium aliquando Ephesiæ Dianaë ueneratione.

i Clodianum. Flumen id est, Ptolemaeo Clodia-

cessura

cessura Lyeo. Tulus, quia modicus est, minus existit celebris. **a** Iberus. amnis nauigabili commertio diues, oras in Cantabris haud procul oppidum Iulio brica, nauium per 260. pas. mil. capax, propter quem uniuersam Hispaniam Græci appellauere Iberiam, Plin. sicut et Iberos Hispanos, et Iberi accolae, quos una ciuitate contineri per rerum Hispanicarum ignorantiam credidit in Historia Iudaica Iosephus. **b** Inde se in. Trans Iberi ostia, duo sinus sunt, mari non nihil se in littora insinuantur: prior Sucronensis, sequens Illicitanus dicitur: huic ab oppido, illi ab amne nomen datum: utrunq; sciungit promont. Ferraria. Nam totus flexus, qui est a Tarracone ad usque Scombrariam, sensim quidem pelago dat locum: at ubi maior maris est recessus, ibi excipiente impetum Ferraria promontorio, in angustis utrinq; sinus coartantur, in quorum margine cum amnes fluunt celebres, tum opa pida iacent non parua. Illicitani sinus Plini. meminit, necnon Sucronis oppidi quoniam et fluij. **c** Ferrariam. Strab. 3. libr. inter Carthaginem et Sucronem locum esse Artemisium dictum scribit, qui Ephesie Diana saeculum habuerit, frequenti religione cultum, nauigantibusque longinquo prospectu expositum: cuius Cic. quoque in ultima contra Verrem actione meminut. Is ferrarias effossiones admodum feraces habet. Unde mihi coniectura est, id esse promontorium, quod Ferrariam nominarint, a re scilicet, accolae. Nam promontorium, quod terras magis in altu trahit, proprie Carthaginem Plinius Saturnium uocat. **d** Sucronensis. De Sucrone, a quo sinu est nomen, Silius libr. 3. Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus undis, Atque altrix celsa mittebat Setabis arce, Setabis et telas Arabum spreuisse superba, Et Pulusaco filum componere lino et c. Inde Sudaria Setaba in Hendecas. Catullus dicit. Quod de urbe dictum, quanquam res indicat, flumen tamen esse Setabin Strab. Plini. Ptolemæus, et hic Pomp. testantur. **e** Duriā. Hermol. Turiam defendit apud Plin. cap. 3. libri tertij, ex Sallustio Phoca Grammatico, ceteris. **f** Valentiam. Tribus mil. pas. a mari remota, Plin. Meminit et Ptol. **g** Saguntum. A Zacyntibis condita, quam Hannibal contra P.R. foedera cum diruisset, belli Punici secundi suscitauit incendium, Straboni. Eius urbis situm eleganter descripsit libro primo Silius. Meminit clavis libro primo tertiae Decad. Liuius. **h** Alonem. Amnem quem Alonam Ptolemæus nominat. De Lucentia Romanorum colonia eo ipso in loco Plin. Ptol. Lucentum supra Carthaginem occasum uersus statuit, indubie aliud ab illa oppidum. **i** Illicen. Plin. Illici, Ptolemæo longius a mari Illicis. **k** Hic iam. In promontorium, quod Scombrariam nominant: insula Scombria dicta a Scombrorum multitudine, e contrario sita. Plin. Saturnium appellat. Vide picturam. **l** Carthaginem. Aliquando a Scipione expugnatam, Hannone non sine suorum clade se dedente. Liuius lib. 6. tertiae Decad. Ad Carthaginem nouam expugnandam totis viribus, et bono animo transcamus. Fuit et alia Carthago, eodem in littore uestus cognominata. Cato de Lege Agraria: Post autem agros, inquit, in Hispania apud Carthaginem nouam duorum Scipionum eximia uirtute posse eos, tum ipsam ueterem Carthaginem uendunt. Sit a fuit haud procul Tarracone, et a Teucris condita: de qua Silius lib. 3. Dat Carthagogo viros Teucro fundata uestusto. Meminit uesteris in Hispania Carthaginis Claud. Ptol. libr. 1. Silius quidem quod duas Carthagogo erat, uni tribuit, idque poeice: lege cum. **m** Hasdrubal. Is qui Barce Hannibalis genitori succeſſit. Strab.

Iberus.

Sinus duo.
Sucronensis.
Illicitanus.

Ferraria.

Setabis.

Saguntum.

Carthago.

quinto.

modicus amnis super, ingens **a** Iberus deorsum attinet. **b** Inde se in terras pelagus insinuat, & primum magno impetu admisum, mox in duos sinus promontorio, quod **c** Ferrariam vocant, finditur: prior **d** Sucronensis dicitur, maior hic, & magno fatis ore pelagus accipiens, & quo magis penetratur, angustior. Serabim & **e** Duriam & Sucronem non magna excepit flumina. Vrbes complexus & alias quide, sed notissimas **f** Valentiam, & **g** Saguntum illam fide, & eru- mnis inclytam. Seques Illicitanus **h** Alonem habet, & Lucentiam, & vnde ei nomen est **i** Illicen. **k** Hic iam terræ magis in altum eunt, latioreq; quam fuerat Hispaniam faciunt. Verū ab ijs quæ dicta sunt ad principia Bethicæ præter Carthaginem, quam dux Poenorum **m** Hasdrubal condidit, nihil referendum est. In illis oris ignobilia sunt oppida, & quorum mentionem ad ordinem pertinet. **n** Virgi in sinu, quem Virgitanū vocant. Extra **o** Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbesul. Aperit deinde angustissimum **p** pelagus, & proxima inter se Europæ atq; Africæ littora motes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis **q** Abyla & Calpe, uterq; quidem, sed Calpe magis & pene totus in mare prominens. Is mirum in modū **r** concavus, ab ea parte,

indicat, flumen tamen esse Setabin Strab. Plini. Ptolemæus, et hic Pomp. testantur. **f** Valentiam. Tribus mil. pas. a mari remota, Plin. Meminit et Ptol.

g Saguntum. A Zacyntibis condita, quam Hannibal contra P.R. foedera cum diruisset, belli Punici secundi suscitauit incendium, Straboni. Eius urbis situm eleganter descripsit libro primo Silius. Meminit clavis libro primo tertiae Decad. Liuius. **h** Alonem. Amnem quem Alonam Ptolemæus nominat. De Lucentia Romanorum colonia eo ipso in loco Plin. Ptol. Lucentum supra Carthaginem occasum uersus statuit, indubie aliud ab illa oppidum. **i** Illicen. Plin. Illici, Ptolemæo longius a mari Illicis. **k** Hic iam. In promontorium, quod Scombrariam nominant: insula Scombria dicta a Scombrorum multitudine, e contrario sita. Plin. Saturnium appellat. Vide picturam. **l** Carthaginem. Aliquando a Scipione expugnatam, Hannone non sine suorum clade se dedente. Liuius lib. 6. tertiae Decad. Ad Carthaginem nouam expugnandam totis viribus, et bono animo transcamus. Fuit et alia Carthago, eodem in littore uestus cognominata. Cato de Lege Agraria: Post autem agros, inquit, in Hispania apud Carthaginem nouam duorum Scipionum eximia uirtute posse eos, tum ipsam ueterem Carthaginem uendunt. Sit a fuit haud procul Tarracone, et a Teucris condita: de qua Silius lib. 3. Dat Carthagogo viros Teucro fundata uestusto. Meminit uesteris in Hispania Carthaginis Claud. Ptol. libr. 1. Silius quidem quod duas Carthagogo erat, uni tribuit, idque poeice: lege cum.

m Hasdrubal. Is qui Barce Hannibalis genitori succeſſit. Strab.

n Virgi. Aliud ab Vrci, de quo Plin. ab illo sinu nomen, cuius idem. 1. cap. 3. libr. meminit.

Nominantur eodem ordine Plinio cap. 1. 3. et lib. 2. Ptol. cuius tab. Europe. 2. inspicio: nec offendere, si nostra offendant, tantu lo temporis decursu immutata: solet enim hoc in uocibus, ut alijs propè omnibus, tempus. Ignobilia esse Pompo. ait, cu uiote mibi nato fides danda, nam ut Plin. scribit libr. 6. Sui quisque sius diligenter simus auctor est.

p Pelagus. Herculeum, Silius lib. 1. Herculeo dirimente freto. **q** Abyla et Calpe. Quorum unus in Europen, in Libyam procul aspicit alter. De his columnis lib. 1. multa diximus. **r** Concauus. Ideo Silius lib.

Carteia:
Argātonius

quinto: Ceu pater Oceanus cum saeior æthere Calpen &c. Lege Silium. Mela, toto Calpen excursu cauari, & primo quidem ambitu sinum mox interiori recessu specum facere scribit. Iuxta hoc littus fons est Heralis mirus, cuius Stra. & Plin. cap. 106. meminere. a Ultra. In penitiori recessu. b Eo. Simu. c Carteia. Plin. Carteia, inquit, à Græcis Tartessos appellata. Silius omnino aliam Tartesson à Carteia facit libro tertio: Argātoniacos armat Carteia nepotes, Rex proavis fuit humani doctissimus æui. Ter denos decies emēsus belliger annos, Armat Tarcessos stabulanti cōscia Phœbo. Silij interpres eandem falso esse putat. At Liuius. 8 lib. 3. Decad. Dum hæc, inquit, ad Bethim flumum geruntur, Lelius interim freto in Oceanum euenitus ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea ī ora Oceani sita est, ubi primum è fauibus angustis panditur mare. Hactenus Liuius. Eandem igitur cū Tarcesso fuisse credi par est. Nam & Strab. 3. lib. Nonnulli, inquit, Tarcessum huius etatis Carteiam appellant. d Fret. Quod iuxta angustissimum est. e Mellaria. Felix tanto authore, nam Pompo. nemo Latinorum scriptorum, cum ordine locorum, quos reddit, tum eloquentia, stilicq; moderatione uicit. Potuit uero nomine oppido à mellis copia dari: nam & ad Padū Hostiā uicus abluitur, qui hodie Mellaria nomen habet, ubi accolæ mira faciūt deficiētis pabuli cōpensam, naues alueari bus onustas aduerso flumine protrahentes, ut meminuit Plin. 12. cap. lib. 21. Cuius loci me monuit aliquando Cœlius Calagninus Ferrarensis, uir medius fidius doctissimus, et ut Horatiano illo utar, ad unguē factus homo, quādo inter nos de Melle nomine incidisset sermo: nanci sunt qui Mellam. II. genuino scribant, à patria nomine deriuatū existimantes, de quibus quid sentiamus, alibi retulimus. f Besippo. Plini. Portus, inquit, Besippo, oppid. Bello, Mellaria. At oppidum est Besippo Melle. De Iunonis promontorio ibidem Plini. ab eius templo nomen datum indicat Ptole. Meminit templi libro tertio Strab. Atque hec de meridiano Hispaniae littore hactenus.

Mellaria.

Cœlius Calagninus.

qua spectat occasum, mediū fere latus aperit, atque inde ingressus totus admodū peruius prope quantū patet sinus, et specus vltra est. In b eoq; Carteia (ut quidā putant) aliquando Tartessos: et quā transuecti ex Africa Phœnices habitāt, atque vnde nos sumus cīngente d freto c Mellaria, & Bello, & f Besippo, vsq; ad Iunonis promontorium oram freti occupat. Ilū ludia in occidētē et Oceanū obliquo iugo excurrēs, atque ei qd in Africa Ampelusiā esse dixeramus aduersum, quā nostra maria sunt, finit Europen.

MEDITERRANEI MARIS INSULÆ.



Ades îsula, quæ egressis fretū obvia est, admonet ante reliquas dīcere, q; in Oceani littora terrarūq; circuitū, vt initio promisimus, ora tio excedat. Paucæ sunt in Mæotide (ide enim videtur cōmodissimū incipere) neq; omnes tamen incolūt, nā nec pabula quidem large ferunt. Hac re habitantibus b caro magnorum pīcīum Sole siccata, & in puluerem usque contusa pro farre est. Paucæ & in ponto. 'Leuce Borysthenis ostio obiecta, parua admodum, et quodib; Achilles situs est, Achillea cognomine. Non longe accolitur k Aria, quæ Marti sacrata, vt fabulis traditū, tulit aues cum summa clade aduentientū pennas quasi tela faculatas. Sex sunt inter Istri ostia, ex his Peuce notissima, & maxima. m Thynnias Marian dynorum finibus proxima urbem habet: quam quia

MEDITERRANEI MARIS INSULÆ.



Ost enumerata omnium littorum nostri maris insignia oppida, aliq; quorū celebris extat memoria, ad insularū nomēclaturā, ut paſsim toto mediterraneo sitae sunt, Pompon. conuertitur: ab ostijs Tanais orsus, & usque ad Gades, quæ extra fretum sunt egressus, secundū librū hoc labore finit. Nomina uero insularū cū plurimum, quorum idē uocabulum est, tum singularum sunt apud Melam plus minus. 140. nec erat in aī oēs referre, sed potiores: nec sanē de his certa fides est, nūquam natura inconstantiore, ex quo maris impetus & mergere insulas, & reddere cœpit. h Caro magnorum. Cœli facit rigor, ut totus eius orē tractus minus sit fertilis. Celeberrima in Mæotide ē regione ostiorū Tanais est Alopecia Ptole. & Strab. lib. II. i Leuce. Plinius cap. 13. lib. 4. Ante Borysthenē, inquit, Achillea est, eadem Leuce et Macaron appellata. Meminimus eius & secundo lib. cap. 29. libri decimi Plinius scribit. Prius tamen nomen ē Marte, cui sacra est, sortita. meminit cap. 12. lib. 6. Plinius, apud quē & Strabonem prop̄ omnes illæ celebres insulæ sunt, de quibus refert Pomponius. Græcis Ἀρεός πῦρ Θ, id est Martis insula dicitur. l Peuce. A qua uni ex Danubij ostijs nomen datum, ut Plinius docet. Lucanus lib. 3. Et barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamq; profundo Multifidi Peucen unū caput abluit Istri. Cone & ipsa ibi insula est. m Thynnias. Sita ē regio Calpe, nobilis in Bithynia portus: meminit Ptolemaeus.

De insulis
incerta fides
est.
Leuce.
Aria.

Peuce.

Barbari

Berbari eam Bityssam uocarunt. Plinio ante Apollonia dicta, mox Thynnias, ad differentiam eius que iuxta istrum ad Salmydesum sita quoque Apollonia dicta est. Plinius cap. 12. lib. 6. a Cyaneæ. Notissime. Plin. cap. 13. lib. 4. Eadem ab alijs Symplegades appellatae, traditæque fabulis inter se concurrisse: quoniam paruo discreta intervallo, ex aduerso intrantibus gemine arnebantur, paulumque de flexa acie coeuntium speciem prebebant. Ouidius lib. ult. Meta. Timuit concursibus Argo Vndarum sparsas Symplegades elisarum, Quæ nunc immotæ persstant, uentisq; resistunt. Eadem planetæ dictæ, id est errantes Plinio alibi. Vale. Flaccus li. 4. Hic iter ad Ponti caput, errantesq; per altum Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto: Nec dū ulla uidere rates, sua communus actæ Saxa petunt, cautesque suas cum uncula mudi ima labant, tremere ecce solū, tremere ipsa repente Tecta uides, illæ redeunt, illæ & quore certant. Proconesum marmor Solino, quod idem & Cyzicenū dicitur. Eadē Elaphonesos, à ceruis utroq; uocabulo deriuato: nam & περί Græcis, & ἐλαφος ceruus dicitur. Plinius certe multas alias eius maris numerat, lib. 5. cap. ultimo. b Tenedos. Iam ab Iliaensi clade nota, & multis ante dicta nominibus, ut Plin. cap. 31. libr. 5. tradit. M. Cæro actione in Verrem. 3. à Tenne Deo, qui apud eos sanctissimus habebatur, dicta in insula urbem scribit. c Et quo dicetur ordine. illæ, inquit, Asiatico litori opposite, Lesbos, Chios, Samos, Cos, Rhodos. d Μακάρων. id est beatorum, à rerum copia, uel quod Macar & successores eas tenuerint: sanè & μάκαρ beatus dicitur, & μακάριτης ipsa beatitudo. Tauri autem promontorium iuxta Lyciam in Carpathium pelagus prospectat. e Lesbos. Clara cum soli fœcunditate, tum in genijs ad omnia olim idoneis: oppidis deniq; maximis & frequentissimis noue, multis nonuibus, uerum Macarie potissimum appellatione nobile. Lege Plin. cap. 31. quinti libri. Amnes habuit. 50. montes quinque. Vrbium clarissimæ Eressum, Pyrrha, & Mitylene illæ, cuius fuere alumni Alceus & Sappho: nam ex Lesbo, uel Gellio teste Theophrastus fuit Aristotelis discipulus. f Ciraua. Dictionem corruptam Hermolaus existimat. Quid si apud Plinium corrupte semel Pyrrha legitur pro Ciraua: nam plurima ex Mela in sua Plinium translatisse constat. Id si foret, exemptus esset scrupus ille, qui Hermolaum de repetito Pyrrha nomine torsit. Sed nihil statuo, absterrente me tanti hominis iudicio. g In Ionia. Id est ad Ioniæ oram, ita enim hoc loco accipienda illa nomina sunt regionum continentis. h Chios. Inter Samum & Lyon è regione Erythrarum sita, Plinio, Ptolemæo, ceteris. Cuius & Sami iuxta meminit Plin. 31. cap. quinti libri. A Chio alia est Cos, & alia Cea. Con Ptol. Coam nominat, alij quoque Coon et Coum: à qua Coum Appelles cognominatus, & Hippocrates Coum, qui medicinam Clinicā reuocauit densissima nocte latentem, ut in. 29. scribit Plinius. Fuit in ea Aesculapij templum augustissimum. De Iuno nis & de nemo ignorat, adeò clara, ut de eius insignibus librum scripsit Theodorus, auihore Vitruvio lib. 7. Est iniobi Pectunculus piscis insigniter sapidus, Varroni celebratus, ut Gellius testatur. Est & Bombix mirabilis fœtu operosa, unde & Bombicinæ uestes. Cæ, Plinio libro undecimo, & libro quinto de natura animalium Aristotelii: qui eam Con appellat, uelut Plinius Coon, pari sensu. Quas uiros non puduit levitate usurpare propter onera æstiva, intantum à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiæ uestes, sicut in Romanum luxū idem author scribit. At Chius mare uersicolori clara, quo cū muros Romæ pleriq; magno luxu extruerent, & ut magnificos multis ostenderent: multo magis (M. dixit Cicero) mira res esset, si Tyburtino lapide fecissetis: eos suggillans quod animi quadam insolentia externa magis quam sua mirarentur. Plinius capite sexto lib. 36. Et Chia est fias sapore uini, Martiali cum aliibi, tum in Xenijs commendata. De Cea, siue quod idem est, Ceo que iuxta Eubœam est, Plinius capite duodecimo lib. 4. Quid. lib. 7. Transit & antique Cartheia moenia Cæ. A qua Cæ uestes: nam ex hac quoque profectam delectationi fœminis uestem, author est Varro, ut Plinius ait. Propertius: Et tenues Cea ueste mouere finis. Quo in loco patrū docte aliquos Coa pro Cea legere Hermolaus tradit. Ab hac Ceus Herastratus clarus medicus dictus. Fuit eadē & Simonidis & Bachylidæ clarissimorum Poëtarum alumna. Ciam Ptolemæus nominat, ut hodie quoq; uulgos nauti aus. Hanc seruati discriminis diligentiam Hermolao Barbaro debemus. i Rhodos. Quā nullo non die Sol aspicit, id quod & de Syracusis Cicero tradidit, actione in Caium Verrem septima. Eadem & Coloso maximo quondam clara: Gymnasium habuit Asiatica eloquentia, & Mathematicis studijs clarissimum. Ideo (ut Vitruvius libro septimo scribit)

Insulae Mat.
car. w. n.
Lesbos.

Chios.
Cos.

Ceas.

Rhodos.

- Aristippus. Scribit Aristippus philosophus Socratus, cum naufragio eius in Rhodiensem littus, animaduertisset Geometria ea schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video. Et reuera homines primum fiant, qui cum reliquis honestis disciplinis, tum maxime Mathematicis se tradunt. Rhodos hodie Christiana multis est Thurea partis uictoriis insignis est. Lege Plinium libr. 5. cap. 31. Strab. lib. 14. Ialyso autem haec ipsa est, quae Telchinias olim aluit, his qui in Creta floruerent cognomines, maleficum genus hominum et prestigijs infame. Historiam Ouidius indicat libro septimo Meta. Phœbeaque Rhodon, et Ialyso Telchinias. a Chelidonia. Plinius cap. 31. lib. quinti: Dein, inquit, contra Tauri promontorium pestiferæ nauigalibus Chelidoniae due sunt: quarum una Corydela, altera Menalipea dicitur, Stephano. Dionysius in Periegesi trium meminit.
- Cyprus. b Cyprus. Inter alia nomina Macaria dicta, nam mire fertilis est, in sinu maximo qui Ibla circa Cilicianum dicitur, ad ortum occasumque Cilicie ac Syriae obiecta est, nouem aliquando regiorum sedes, ut Plinius capite trigesimo primo libri sex scribit: Smaragdo, Crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante et alunine nobilis, quam aliquando adnexam continet fuisse, idem author secundo libro scribit. Lege Strabonem de hac et proxime nominans libro undecimo. c Salamis. A qua iouis quondam Salaminij cognomen, Teucro auctore: qui, ut libro tertio scribit Tacitus, Telamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic Deo insigne et magnificum templum extruxit. d Ex mari Venerem. Hinc Paphia dicta clara templo uetusissimoque: quod, ut libro tertio Tacitus testatur, Aeras statuit ille, cuius filius post Amathusie cognominatae Veneri eadem in insula fanum erexit. Etiam si decimo septimo libro Veneriani regis, et quorundam sententia Cinarae, ut conditorum meminit Maro Accneidos. i. Ipsa Paphum sublimis adit, sedesque reuicit Lete suas, ubi templum illi, centumque Sabao Thure calent aræ. Et c. Refert lib. decimo septimo Tacitus, i Cypro Veneris aras sanguine offudi uetus fuisse, nec nisi precibus, et igne puro altaria adoleri consueuisse, que ne ullis quidem imbris etiam in aperto sita maduerint. Porro Cyprigeniam vocant, quod illi è mari egressam putant, natam ex spuma testiculari Cœlii, quos falce illi Deo Saturnus resecat: que tradunt fabule, ad Cypri feruilitatem, et foeminarum quondam in ea luxum respicientes. De Palepapho etiam Plinius, que indecta est nomen ab antiquitate ad alteram praesertim Paphum collata. Ita Littius libro ab Urbe condita octauo. Palepolis, inquit, fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis. e Arados. Oppidum continentis, et insula ducentis passibus à continente distans, Plin. qui capite. 31. lib. 5. Ante Ioppe, inquit, Paria, tota oppidum, in quo obiectam beluae Andromedam ferunt, et iam dicta Arados. Si Plinius uerba pensitas, alia erit haec Aradus ab illa Phœnicie, quam Aractum Ptolemeus nominat Antarado oppido aduersa, non Ioppe. f Subter aliena. Frequens est, inquit: quia qua quis domo uelit, habere bitare liceat. g Canopus. Palemon ex Dionysio: Atque locum uouit Spartano fama Canopo. De eo libro ultimo Strabo. à Canobo dicta, ideo b litera scriptum aliquando uocabulū, et libro primo Quintiliano. Tacitus libr. 2. historiarum: Condidere, inquit, id Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempestate Menelaus Græciam petens, diuersum ad mare terraque Libyā delatus. Notis sunt Menelai post Helenam raptam ad Syrium littus errores ex Hom. h Ostio. Canopico, de quo alibi. i Pharos. Hec Alexandria ponte iuncta, colonia Cesaris Dictatoris, quondam diei nauigatione distans ab Aegypto, nunc est turri nocturnis ignibus cursum nauium regens, Plinio. Hircius ait turrim magna altitudine, et mirificis operibus exiructam, nomen ab insula cepisse. à Canopico ostio in occasum. 150. stadijs abest, ut Sirabo docet. Homerus Odyssæ libro. 4. (ut Carolus Aretinus translatis) Insula est, inquit, in sonanei pelago contra Aegyptum, quam Pharon appellant: abest à continenti diei unius nauigatione. Et c. Lucan. lib. 10. de Cæsare: Cepit Pharon, insula quodam In medio stetit illa mari sub tempore uatis Protheos, at nunc est Pelleis proxima muris. k Mutata. Aut insula, que terra est propior: aut reuera oræ, quam agresta defluentis Nili coeno, iuctior habet insula. Nā Aegyptus quondam contractior ita non fuit a bordo est, quod ex Aristotele supra, ubi de Delta facta est metrio, docuimus. l Vada. Amoti scilicet pelagi. m Culetos. Ptol. in

os. Ptol. in maiore Syrti tres insulas Missinum, Pontinam, & Geā locat. Quā ex his Culeton nominauerit Mela, dū-
biū est. Nominis huius unicus mihi Pomponius est author, nam alibi non legi. De Cercinna & Meninge, in qua Ma-
rius delituit, nemo ignorat. Ad Tarichias et Aegathes Luctat. Catulus Carthaginensī classem superauit, primus qui
inter Romanos rē triūpho dignam in mari gesit, propterea priuati in urbe honorem consecutus, cuius Val. Maximus
meminit. **a** Thasos. Ab Helleponi fauibus Asiae orē, & meridianis litoribus adiacentes insulas enumere Thasos,
rauit Pomp. hactenus. Rursus ab eiusdem Helleponi Europeo latere orsus, omnes
eas insulas, delectu habitu enumerat, que
nostris litoribus magis imminent. Earum
prima est Thasos, uino suo, quod Thasitē
dictum est, & nuce optima, cuius M. Var-
ro meminit celebris, Plin. cap. 7. libri 14.
Sita ē regione Abderae. De Imbro & Sa-
mo thrace portuosis ma Plin. & Strab.

b Scandille. Plini. inter insulas iuxta Pagaseum sitas, Scadiram, non Scandille
uocat: censendi ius est, nam Scandilles a-
liás non meminit. **c** Lemnos. Vul- Lemnos:
cano sacra in eam delapso, ad quam ab Atho proiecta umbra pertingit. Viros in
Lemno à mulieribus cæsos, quod eas ob-
fætorem hircinū à Venere immussum con-
tempserunt. Ouid. testis est: apud quem ad
la sonem sic Hypsiphile: Lemniadesq; ui- Lemniades
ros numum quoque uincere norunt, Milie
te tam fortū uita tuenda fuit. Stat. lib. 5. Ae-
geo premuntur circumflua Nereo Lemnos,
ubi ignifera fessus respirat ab Actna. Mul-
ciber, in genē telluri proximus umbra ve-
stī Athos, nemorūmque obscurat imagine
Ponit. Apud quem ab Adrasto in terro-

gata Hypsiphile omnia narrat, & pulchre explicat Placidus Grammaticus. **d** Cicyneton. Haud longe à Scyro, que & ipsa ad eum sinū clarissima est Melæ. **e** Eubœa. Auula-
sa Bœotie intermedio Euripo adeò modico, ut ponte iungatur. Lege Plinium, qui hec Pomponij uerba in sua transfu-
lit, capit. 12. 4. & libr. 10. Strabonem. Hodie nigri ponti insula, quam haud multis retro annis Turca cepit, ut a-
lia propè omnia Grecia. Situm insulae & promontorij uide apud Ptolemaeum tab. Europæ decima. Caphareum me-
ridianum quidem est, sed in ortum tamen spectat. Gerestum in occasum reclinat. Cœneum in Maliacum sinum pro-
tenditur: à quo Cœneo Ioui cognomentum. Ouidius libro Metamor. 9. Victor ab Oechalia Cœneo sacra parabat Vo-
ta Ioui. De Euripi inconstancia natum adagium est: Euripus homo, in eum qui Polij (ut aiunt) folio est persimilis. De
hoc freto sic in Oeteo Heraule Seneca: Euripus undas uertit, instabiles uagas, Septemq; cursus flectit, & totidem re-
fert. Dum lassum Titan mergat Oceano iubar. Liuius libr. 8. tertiae Decad. Non septies, sed ut inciderint paſsim uen-
ti fluere & refluere cum existimauit. Plini. 10. 5. cap. septies eum, uerū die & nocte mutari ait, præterea stare se-
ptima, octaua & nona Luna: quod argumentū est euident, non casu tātam undarum uariationem fieri, sed Luna mo-
tu influxuque: cuius quanta sit in pelagus potentia, lib. 3. proxime referemus. Hic inter Eretriam & Oropum Bœotie
angustissimus est, stadijs intermedijs. & o. ut lib. 8. Thucydides scribit. Libet hoc loco Ioannis Tortellij Grammatici cā
didiſimi, qui Euripum uidit, uerba adscribere. Cum, inquit, adolescenti anno ē Constantinopoli à Juliano
Cesarino Cardinale S. Angeli ad Italiam reuocatus, cum imperatore Græcorum uenirem, rem hanc tanta admiratio-
ne cōspexi, quanta haud unquā aliud uiderim, aut uidere me posse existimē. Nec rationem Liuij, quam lib. 3. de secū-
do bello Punico, uentis quibusdā adscripsit, ueram putarim: cum nulla flante aura id idem fieri conspexerim. Haec
nus ille. Laurentius Valla multæ lectionis homo, in eo Dialogo, quem de libero arbitrio contra Bœotij sententiā scri-
psit: Aristoteles, inquit, cum nō posset Euripi naturā inuestigare, se in profundum illius præcipitans demersus est: pri-
us id testatus eulogio Græco, quod Latine sic habet: Aristoteles non cepit Euripum, Euripus capiet Aristotelem.

f Hestia. De hac & Carysto, Chalcide et Eretria meminit Homerus lib. Iliad. 2. in Catalogo. De reliquis Plin. qui
tamen Oechaliam candē facit cum Chalcide illa, à qua orē in Campania sunt Cumæ. Strab. lib. 10. scribit, iuxta Cary-
stum lapidem nasci, quem pectunt, nent, & texunt, unde mantilia conficiantur e grecie contexta: ea ubi sordescunt,
in flamman proiecta non seaus emundantur quam si maculas elueris. Est & inibi Caryustum marmor insigne.

g Helene. In qua, ut Strab. scribit, primum cum Helena Menelaus concubuit, primumq; in eā post bellū Troianū
applicuit.

Eubœas

Euripus:

Ioannes Tor-
tellius.

Valla.

Lapis Cary-
stius.

- Salamis. applicuit. a Salamis. Que aliquando Atheniensibus sententia Lacedæmonum adiudicata est Homeris autoritate: cuius subditio carmine prolatu, quo in unis castris aliquando Salaminios & Athenienses ad Trotam tetendisse fabebatur à Solone, Megarenses Atticis haud egræ cesserunt, ut libr. 5. Quintilianus, & in vita Solonis Plutarchus scripserunt. De Persarum ad Salaminem clade omnia nota sunt ex Plutarchi Themistocle, & lib. 2. Iustini. b Phœtius. Hoc nomine Chios aliquando celebris fuit. Sed hec cuius meminit Pomponius, in Argolica est ora, Plinio.
- Aegina. c Aegina. E regione Pyræi Atheniensium sita, & in agrum Megarensem inclinans, aliquando uocitata Oenopia. Strab. libr. 8. Hinc, inquit, Aeacus, eiusque postea genus duxisse decantantur: hæc est quæ maris aliquando tenuit imperium, hæc est quæ contra Atheniensium populum nauili ad Salaminam prælio de principatu contendere non dubitauit. Sulpitius ad Ciceronem libro epistolarum quarto, Ex Asia reuens cum ab Aegina Megaram uersus nauigarem, coepi regiones circuncircum prospicere: post me erat Aegina, ante Megara, dextra Pyræus, sinistra Corinthus &c. Quem locum unica Geographia nominat. Somniant autem nudæ literæ. At nolunt illi scire, imò nolunt audire, qui praeter Grammatica in bonis literis progymnasmata nihil unquam reliquarum artiū attigerunt. Meminit nominis Aeginae Ouidius libro septimo Meta. d Calauria. Plinius libro quinto, Contra Trozenium, inquit, Calauria, de qua proverbio datus locus: Pro Delo Calauria, in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem fecisse, & data Delo, Calauriam habitasse. Inde illud est Ouidij septimo Meta. Inde Calauræ Latoidos adstat in arua. Demosthenes orator, cum Antipatro Alexandri successori infensus esset, atque ob id in exilium trusus, ab Archia Antipatri satellite in Calauria deprehensus est: ibi sumpto calamo scripturum se ad Antipatrum simulauit, et in tempore quod sibi dabatur uenenum hausit, statimq; cecidit moribundus: author in Demosthene Plutarch. At plerique omnes codices Plutarchi, & alias uiri nomine in docti Calabriam Aegei referunt pro Calauria, falso. e Cyhera. Quinque milia um pas. à Malea distans, ancipiit illic ambitu nauium propter angustias. Plin. In ea oppidum cognomine Cyprio illi, à quo Cytheream Venerem cognominatam Hesiod. in Theo. tradit: quanquam & hec insula angustum ede habuit. Ideo Seruus ab insula cognominatam tradit. Maro Aeneidos primo: At Cytherea nouas artes &c. f Theganusa. In hoc diuersus est Plinius quod in Laconico ponit: sed constat ex his quæ retulimus suprà, non Laconicum, sed Messenium Acrita terminari. g Prote. Hæ conera Aetolian in alto sitæ sunt, Plinio, qui omnium meminit. 12. capit. quarti libri ferè à principio. Sed seorsum referendæ tamen, quia claræ sunt. De Cephallenia & Nerito Silius libro decimoquinto: Saxa Cephallenum & scopulos Neriton aruis. Maro Aeneid. 3. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulychiumque Saméque, & Neritos ardua saxis, Effugimus scopulos Ithacæ Laërtia regna. Aduentum, Hyrien & Zacynnum eandem esse Plinio, ut cunque Pomponius disiunxerit. Est et mons in Ithaca. Neritos, authore libro nono Odyssæ Homero, de quo nos alibi docuimus. Dulychium Vlyssi paruit, à qua ipse Dulychius cognominatus, Ithacensis à patria. Horatius Epistolarum primo: Remigium uitiosum Ithacensis Vlyssi. h Echinades. Natæ sunt, Acheloi impetu arena limoque conuictis, sicut pars Aegypti Nili cœno, ut ante retulimus. Legē Plinium libro secundo, quibus locis maria cesserint. De Echinadibus pulchra libro secundo Thucydides, ubi de Acheloo. Ouidius libr. Metamor. octauo: inuolucro fabule uerum occuluit: & ex Natadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terre fluvio aggestæ fuerunt. i Strophades. Supra Zacynnum in meridiem sitæ. Plini. in Eurum, inquit, uenit Strophades due, ab alijs Plotæ dictæ. Insignis hæc est cœnobio Diui Basilij, Christianorum. Virgi. Aeneid. 3. Excipiunt Strophades, Graio stante nomine dictæ Insulae Ionio in magno. Vbi Seruus à conuersione Harpyiarum ex Arcadia uolantium, nomen insulis datum scribit. Legē Seruum. k Leucadia. Est inibi peninsula cognominis, de qua suprà diximus, ab hac nisi fallor, diuersa Ptolemae. Scopelos appellata: hanc enim inter insulas censem Melam; nisi quis ex Plini uerbis quondam insulam eam, mox peninsula factam eandem intelligere mauult. l Corcyra. Alinoi & Phœacum memoria tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima, Venetorum est hodie. m At interius. In medijs undis inter Græciam & littus Asiaticum: prius enim continenti propiores enarravit. n Melos. Cyclades & Sporades, ab oriente littoribus Icaris Asia, ab occidente Mytilis Attica, à septentrione Aegeo mari, à meridie Cretico & Carpathio inclusæ, longitudine latitudineque passuum 200. millium, ut libro quarto scribit Plinius. Harum Cyclades, quia iunctiores circa Delon earum clarissimam sitæ sunt, suum habent ordinem, & certiora nomina. Sporades paucim alia, aliæque Pomponio, Plinio, & Strabo m censem

ni censentur, incerta fide, quanquam plurimas esse constat: & quia sparsim iacent, Sporades dictae, quin Plinius tem= poribus apparuerunt primum omnium ex illis nonnullae. Cyclades dictae etiam Plinio, quod circa Delon in orbem si= te sunt: accedit & Strab. Ut mirari liceat, qua causa motus Seruius Cycladas scripsit dictas esse, non quod in cir= citu sint, sed potius quod longo ordine eas circuire neesse sit: uel propter promontoria, uel quia naturale est, ut co= citationia sint maria vicinitate terrarum, que anhelitum ex se emittunt. Aduertendum tamen morem esse ueteribus au-

ros, ^a Aegina, Cathon, ^b Ios, ^c Thera, Hyaros, Hippuris, ^d Donyfa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, ^e Nisyros, Lebynthos, Calydnae, Asinæ: haec quia dispersæ sunt, Sporades. Ab eis ^f Sicy= nus, ^g Cythnos, ^h Siphnos, Seriphos, ⁱ Rhene, Paros, ^k Scyros, ^l Tenos, ^m Myconos, ⁿ Na-

boribus, ut quæ sint Sporades, etiam Cy= cladas uocent, contraque, Hermolao teste.

Meminit Plin. cap. 12. quarti. Strab. 10. lib.

[•] ⁴ Aegina. De Aegina ante dictum, sed alia ab hac Plin. Strab. inter Sporades preterita, sicut et Cathon: nisi quis Cotho, quæ in Laconico sinu esse Plinius ait, intel ligere uelit. Addo qd Olearon inter Cycla das idem author nuerat, inter Sporadas Si= cynū, quam Cycladibus Pomp. ascribit.

^b Ios. Homeri Vatis sepulchro clarissima, Plinio, & Straboni. ^c Thera. Ex qua profecti Therei Cyrenas in Africa condiderunt, ut ex Callimacho Strabo afferit. Ouidius libro septimo: Et Gyaris nitidæq; ferax Peparethus oliue: & Saty. 10. Iuuenal. Ut Gyari clausos scopulis paruaque Seriphos. De Hippuri Plinius. ^d Donyfa. Ma-

ro Aeneid. tertio: Bacchatamque iugis Naxo, uiridemque Donyfam, Olearon, niueamque Paro, sparsasq; per æquor Cycladas &c. Tacitus libro quarto Donysam uocat, nota regula. Naxos Dionysia aliquando dicta, à uini copia, unde iugis Bacchatam Maro dixit. Cianos Plinius preteriit: nisi, quod maxime suspicor, corruptæ sint apud alterutrum uocule aliquot, quas reponere nemo temere audeat. Chalcidem Plinius Chalciam uocat, Strab. Chalecam: Icariam ue-

rò Icaron, ut Cinaram quoque, non Pinaram, litera apud alterutrum uitiata. Nam et pro Aegina puto rectius Ae= gila legi, cuius Plin. meminit: & Aegialam Stephanus nominat, sicut scribit Hermol. ^e Nisyros. Celsa, saxosa, & molendinarijs abundans lapidibus: in ea Neptuni aliquando templum, & subiusti iacens Palibotes Gigas à Neptu-

no uictus, ut ueteres tradidere fabule. Nam thermas habet abunde scaturientes, Strab. De reliquis etiam Plinius pre ter Asinen, quam preteriit. ^f Sicynus. Hanc diximus à Plinio inter Sporadas censi. Diodorus in fine libri

sexti scribit Cycladas auctoribus uacuas à Minoë Iouis & Europe filio, multis ex Creta ductis colonis frequentiores reddidisse. Quod & Ouidius libro Meta. septimo ostendit, recensens quas ceperit. ^g Cythnos: Meminit

Plinius & Ouidius libro septimo Meta. Florentemque Syron, Cythnon, planamque Seriphon. ^h Siphnos. De Ranea Serti/

Siphne Plinius, & Strabo. Seriphon notiorem fecerunt ranæ cognomine Sipheria, quæ illic non coaxant, orto inde phæ.

adagio: Rana Sipheria, in mutos, aut taciturnos. Illud in transitu adnotandum, non omnes insulas adeò his in locis fer

tilitate, amoenitatèue præcelluisse, sed plerasque asperas & infrequentes extitisse, nec nisi in famum, ac criminoso-

rum relegationibus insigniores factas, quando illi indigni mortalium consuetudine iudicati, in has abdebat. Hinc

illud Iuuenal. Ut Gyari clausos scopulis paruaque Seriphos: & Saty. prima: Aude aliquid brevibus Gyaris & carce-

re dignum. Scribit Tacitus, Vistilia Labeonis coniugem ob stupri licentiam, qua infamabatur, in insulam Seriphon abditam fuisse libro secundo. Sicut & Augustus Iuliam filiam propter impudicitiam Pandataria insula clausit: mox

uenia impetrata, cum in eandem recidisset in famum, Rhegynis, qui ad Siculum fretum accolunt, custodiendam tra

didit. In eandem insulam Agrippinam suam libidinis nota proditam, Nero clausit, ut decimoquarto lib. scribit Tacitus.

Quod ideo refro, ut constet foeminarum quoque lasciviam sterilium insularum fastidio emendatam. De uiris permul-

ta exempla sunt. Idq; in primis, quod Ioannem Apostolum seu fontem noxiunque Domitianus Imperator in Pa-

thum relegauit, ubi ut Dorotheus tradidit, Tyri episcopus, Euangelium suum demum scripsit. Illud Taciti ex

libro eius tertio referamus, ubi de Syllano. Tum L. Pisonem sententiam rogat, ille multum de clementia Princi-

pis prefatus, aqua & igni Syllano interdicendum censuit, ipsumque in insulam Gyaram relegandum. Idem au-

thor paulo infra: Addidit, inquit, Insulam Gyaram immutem, & sine cultu hominum esse: darent Iuniæ familie, &

uiro quondam ordinis eiusdem, Cytheram potius concederet. Idem libro quarto de Caesio Seuero: Bonisque exu-

tus interdicto aqua & igni saxo Seriphio consenuit. Quin & otij, & occultande gratia libidinis insularum secessa-

sus ueteribus petiti, uelut Tiberio Caprea electæ, è regione Surrhentini: cuius meminit Suetonius, & multa est a-

pus Tacitum libro quarto eius mentio. ⁱ Rhene. Deserta olim, in quam defunctos suos Delij inferebant: cum

in Delo, ut Thucydid. libro quarto scribit, nec parere, nec sepelire fas esset, sicut nec canem alere, ex Hermolao. De

Paro & marmore Paro omnia nota. ^k Scyros. Prima producta, unde Scyri. Hæc uicinam habet Syron, &

Syrum, cui prima quoque ad differentiam producta est, ex Hermol. Sed corripuisse Ouidius uidetur libro septimo

Metamor. Florentemque Syron. Etiam si illuc corrupte Tyrō legitur, et Cypron pro Cythnon: sicut libr. 5. quoq; cor-

rupte: Inde caua circundata nube Seriphon Deserit à dextra Cypro Gyaroque relictis: nam Cythno Gyaroque le-

gendum est. ^l Tenos. Hydrusa dicta Aristoteli, ob aquarum in ea copiam, ut Plini. tradit. Ouidius ubi suprà:

At non Oliaros, Didymique & Tenos & Andros. ^m Myconos. Dicitur & Mycone. Ouidius. Hinc humilem

Myconem cretoseque rura Cimoli. ⁿ Naxos. Vincarum fertilitate insignis: ab ea Naxij cum alijs, tum libro

Aegylæ.
Nisyros.

Insignes uirt
fœmin. e.g. in
insulas reles
gati.

Ioannes in
Pathmo ex J.
ul.

Scyros.
Loci Ouidij

quinto Herodo. memorati. De Delo maxima harum & celeberrima, notiora sunt omnia, quam ut referam, ex Plinio, Strabo. lib. 10. Et. 3. Aeneid Virg. Seruiusq; Cynthus habet montem ubi nati Phœbus Cynthius ob id cognominatus, & Diana Cynthia dicta, ut M. Cicero actione in Verrem tertia: Proditum est, inquit, memoria ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum uicinam temporibus exactis, cōfugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianamq; peperisse: qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur, tantaque eius authoritas religionis est, & semper fuit, ut ne

Persæ quidem cū bellum toti Græciae, Di-
is hominibusque indixissent, & illo nunti-
ro nauium classem ad Delon appulissent,
quicquam conarentur, aut uiolare, aut at-
tingere. Hec ille. a Andros. Eadem
et Antrandros aliquando, Phrygij littoris
oppido cognominis, à qua Andrij. b

Creta. Ἑκατόπολις cognomine, à centum,
quas sustinuit, urbibus. Virg. libr. Aeneid.
3. Creta Iouis magni medio iacet insula pō-
to, Mons Idæus ubi, et gentis aenabula no-
stre, Centum urbes habitant magnas &c.
Hodie Candia ditionis Venetorum: de qua
diligētissime Strab. lib. 10. & 5. lib. Diod.
ut Plinium et reliquos sinqm. Ruf. ex Dio-
nys. Nutrix hic Creta tonantis, Multa la-
tus, glebe. & ferax, & opima uirentum.

c Samonium. Rhodo aduersum, sicut
contrario littore Cyrenas uersus κέρθη μέτωπον prominet, ut Rufus ex Dionys. Hic procul ingens Inclinat rupes se-
sc, obuia fluctibus altis. Et alibi: ut ferus ora Est aries, ultróque minax petit obuia fronte. In septentrionem inclinans
promontorium Strab. lib. 10. Cimarum uocat. Quod ad fabulosa attinet, refert Ouid. libr. 8. Meta. De Europa quidem
Tauro adiecta lib. 1. in fine. De Dedalo libro de arte amandi secundo. Ariadne amores elegantissime reddidit in nu-
ptijs Pelei, & Thetidis Catullus. Minotaui. &. Aeneid. Maro meminit: ac prop̄ tædet illa referre, quæ nusquam non
leguntur. d Statione. In quam cum Europa raptæ appulit. e Morte. Quod in Creta mortuus est, et inibi
sepulchrum habet, clarum eius rei uestigium. Hic Saturni & Rhee filius clam à matre sublatus, & in Creta Nympha-
bis traditus est: ferunt apium melle pastum, quod hominem eum eloquentia præditum fuisse significat, unde Deino-
men inter multa etiam impie facta consecutus est. Seruius fabulosa. 3. Aeneid retulit. M. Cicero libro de natura Deo-
rum: hunc Iouem tertium Saturni filium fuisse ait, cuius in insula sepulchrum ostendatur. Ennius in sacra histo-
ria: Iupiter, inquit, postquam terram quinques circuivit, omnibusque amicis & cognatis suis imperium diuisit,
reliquiq; hominibus leges, mores, frumentaque parauit, multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriamque af-
fectus, sempiterna monumenta suis reliquit: etate pessimata in Creta uitam commutauit, et ad Deos abiit: cumque
Curetes filij sui curauerunt decoraueruntque, & sepulchrum eius in Creta est oppido Gnofo: & dicitur Vesta
hanc urbem creuisse, in qua sepulchro eius est inscriptum antiquis literis græcis, οὐρανὸς τὸ κέρον, hoc est Iupi-
ter Saturni. Scribit hæc Lactanius capite undecimo libri diuinarum institutionum primi. Longe ampliorem Cretæ
famam (ut mihi uidetur) Minos comparauit, qui Rhadamantum uetusissimum eius terræ præsidem & legislato-
rem imitatus, religione, moribus, & reipublicæ administrandæ prudentia, suos illustres fecit, militiæ alioqui non
minus quam domi clarus. Cuius meminit libro decimo Strab. f Gnosos. Primaria Cretæ urbs, & Minois a-
liquando regia: ab ea Gnoſij, & Gnosium aram, & Gnosia tela dicimus, quod in Creta sagittis ualuerunt: &
in ea in gens uenandi studium fuerit, canum nobilitate illic eximia: unde et Ouidius libro tertio Metamor. Gnoſius
Ithnobates, Spartana gente Melampus. Nam Diana, quam Solino teste, Cretenses religiosissime uenerati sunt, iuxta
Dictynnam clarissimo templo culta est, cognomenque Dictynna ab ea sortita. A Cortyna quoque Cortynia tela Si-
lius dixit libro secundo: Celsis Cortynia muris Tela sonante fugat neruo &c. Item: Eois quamvis certet Cortyna sa-
gitiis. Et Cortyniam uestem pro uenatoria Claud. libro de rap. secundo posuit, ubi de Diana: Crispatur gemino ue-
stis Cortynia cinctu. Ita à Phæsto Phæsius. Ouidius libro nono: Proxima Gnoſiaco iam quondam Phæſia regno Pro-
genuit tellus. Ut à Cydone, Cydonius arca. Idem libro secundo: Cydonio fundebat spicula cornu, sicut à Lycto Ly-
ctius. Ouidius libro Metamor. 7. Clavis ab Oenopis etiam nunc Lyctia muris Spectari poterat &c. De oppidis, Dia-
ctynna excepta, Plinius. De ipsa Dictynna Strab. uisito. Dictynnaeus ab ea mons dictus, Plin. g Idei monitis.
Seruius in Dictæo nutritum scribit: est autem Dictæus à Dicte promontorio nominatus: sunt qui à Nympha, ue-
lint. Virg. libro Georg. quarto de Apibus: Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ Dictæo cœli regem pauere
sub antro. Ad Idæum conuertamur. Strabo: Mons, inquit, Idæus Cretensium cunctorum celfissimus, quaque uersum
circuitum habens stadiorum sexcentorum: præstantissimis ille sane oppidis instar corona cingitur. &c. Ad hunc

Creta.

Jupiter in
Cretam or-
tuus.

Minos.

Gnosos.

Cortyna.

Dictæus.

Idæus.

xos, Delos, ^a Andros: quia in orbem iacent, Cycla-
des dictæ sunt. Super eas iam in medio mari ingens,
& centum quondam vrbibus habitata ^b Crete, ad ori-
entem promontorium ^c Samonium, ad occidentem
κέρθη μέτωπον immittit, nisi maior esset, Cypro similis,
multis famigerata fabulis, aduētu Europæ, Pasiphæ-
s et Ariadnæ amoribus, minotaui feritate fattoque,
Dædalī operibus & fuga, tum ^d statione atq; ^e mor-
te: maxime tamen eo, quod ibi sepulti Iouis pene cla-
rum vestigium sepulchrum est, cui nomen eius inscul-
ptum esse accolæ ostendunt. Vrbium notissimæ,
^f Gnosos, Cortyna, Lyctos, Lycastos, Holopixos,
Phæſtos, Cydon, Manethusa, Dictynna. Inter col-
les, qd ibi nutritū Iouē accepimus, fama ^g Idæi mōtis

Gnosos. Primaria Cretæ urbs, & Minois a-
liquando regia: ab ea Gnoſij, & Gnosium aram, & Gnosia tela dicimus, quod in Creta sagittis ualuerunt: &
in ea in gens uenandi studium fuerit, canum nobilitate illic eximia: unde et Ouidius libro tertio Metamor. Gnoſius
Ithnobates, Spartana gente Melampus. Nam Diana, quam Solino teste, Cretenses religiosissime uenerati sunt, iuxta
Dictynnam clarissimo templo culta est, cognomenque Dictynna ab ea sortita. A Cortyna quoque Cortynia tela Si-
lius dixit libro secundo: Celsis Cortynia muris Tela sonante fugat neruo &c. Item: Eois quamvis certet Cortyna sa-
gitiis. Et Cortyniam uestem pro uenatoria Claud. libro de rap. secundo posuit, ubi de Diana: Crispatur gemino ue-
stis Cortynia cinctu. Ita à Phæsto Phæsius. Ouidius libro nono: Proxima Gnoſiaco iam quondam Phæſia regno Pro-
genuit tellus. Ut à Cydone, Cydonius arca. Idem libro secundo: Cydonio fundebat spicula cornu, sicut à Lycto Ly-
ctius. Ouidius libro Metamor. 7. Clavis ab Oenopis etiam nunc Lyctia muris Spectari poterat &c. De oppidis, Dia-
ctynna excepta, Plinius. De ipsa Dictynna Strab. uisito. Dictynnaeus ab ea mons dictus, Plin. g Idei monitis.
Seruius in Dictæo nutritum scribit: est autem Dictæus à Dicte promontorio nominatus: sunt qui à Nympha, ue-
lint. Virg. libro Georg. quarto de Apibus: Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ Dictæo cœli regem pauere
sub antro. Ad Idæum conuertamur. Strabo: Mons, inquit, Idæus Cretensium cunctorum celfissimus, quaque uersum
circuitum habens stadiorum sexcentorum: præstantissimis ille sane oppidis instar corona cingitur. &c. Ad hunc

Idæi quondam

Idei quondam Dactyli cognominati, quibus Musicae initium Solinus, ferri intentionem, ut Plinius scribit, Hesiodus tribuit. Solinus adeo celsam esse Idam ait, ut ex eo uideri Sol queat, antequam oriatur: quo d quomodo fieri possit radio per medium densius flexo, supra docuimus. Hac est Ida, à qua Iudeos tanquam Ideos uocabulo in barbarū modum aucto, dictos, qui insulam egressi Syrie postea extima loca occupauerint, quorūdā opinio fuit, ut libr. 20. tradit Tacitus. **a** Asticla. Plinius hac præterita reliquas nominat, sed Naulocon, non Naumachon. Et uideri posset

non Asticla Pomponium, sed Astypalca scripsisse: quæ insula et Plinio et Straboni est celebris. De Musagoris etiam Plinius. **b** Carpathos. Et Carpathiū mare. Virg. Georg. 4. Est in Carpathio Neptuni gurgite Vates. Vbi Seruius in eadem sententia. Protheus Carpathius. Ouidii. II. Meta. Donec Carpathius medio de gurgite Vates. **c** Absoros. Meminere eius Ptol. et Antoninus. Absyrtus pluratio Absyrtides Plinius uocat cap. ultimo libri tertij ab Absyrtō fratre Medeae illic interfecto. Meminit lib. 7. Strabo. Idē author de Issa, & Pharo, & Celaduse. Trucones, aliquot Pliniani codices habet. Hermolaus ex Pōponio Ticanam mauult, quanquam uocabulum non adeo protinus

Electrides:

agnouerit, fallax enim est coniectura. Electridas Græci nominarunt, quod electrum, id est succinum, quod littore Germano & Sarmatico legitur, prouenire in illis putarunt, uanitatis Græce certissimo documento, ut scribit Plinius. Cuius libr. 37. capite. 2. hæc uerba sunt: Phæthonis fulmine ikti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum uocamus, & Electrum appellatum, quoniā Sol uocatus sit Helestor, plurimi Poëte dixere. Et infra paulò: Diligentiores eorum Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus, qua appellatione nullas unquam ibi fuisse certum est, nec uero ulas ibi appositas esse in quas quicquam cursu Padi deuehi posset. Hæc Plinius: Sed fabulosa secutus pro argumento operis. Ouidius libro. Metamor. 2. Inde, inquit, fluunt lacryme, stillataque Sole rigesante De ramis Electra nouis: et decimo libro, Succinum intelligens, & ab arbore lapsas Heliadum lacrymas, dixit. Corcyra uero hæc nigra cognitata, alia ab illa est, cuius meminimus supra. Tragurij Strabo libro septimo meminit. Diomedia notissima est Diomedis sepulchro, & aibus Diomedaeis, de quibus Plinius capite. 44. libr. 10. Mire quidem aut mentiendi libidinc, aut locorum in genio factum, ut Heroum tumulis rarae uolucres inuigilent: nam & de Mennonijs anibus in Phrygia est notum: & illas Achilice noxias supra indicauimus, & reddidit diligentissime Ammianus Marcellinus libro uigimo secundo. Hydria, Aestria, Asine, non adeo sunt celebres. Quis enim unus omnes referat: cum. & o. insulas contra Liburnicum littus sitas Strabo scribat: & Plinius, Illyrici, inquit, ora mille amplius insulis frequentatur, natu- ra uadosi maris, & stuarisq; tenui alueo intercursantibus. Omnibus hodie ferè, quotquot extant, dominantur Veneti terra mariq; insigniter ualidi. **d** Sicilia aliquando. Quod Ouidius libro decimoquinto confirmat: et Claudia Sicilia: nus libro de raptu primo: Trinacria quondam, inquit, Italie pars una fuit. Et Plinius Sicilia quondam Brutio agro coherens mox interfuso mari australi est. Tantus est terræmotuum impetus: nam & Cyprū eo modo Syrie australi, et Boætiae Eubœam creditum est, ut Plin. 90. cap. libr. 2. annotauit. Sunt uero qui Lesbum ab Ida abruptam fuisse crea- diderint: sicut à Miseno Prolytan & Pythiensem, ab Atheneo Capreas, ab Rheygo Siciliam, & Ossam ab Olym- po: ut libro primo scribit Strab. His accedit quod in Hilarionis uita diuus Hieronymus scribit, post Iuliani Cæsaris mortem, concussis alicubi terræmotu littoribus maria terminos suos egressa: idq; in multis mediterranei pelagi locis euensis. Sicania dicta est insula à Sicano rege: qui, ut Solinus & Capella scribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: deinceps Siculus Neptuni filius, à quo nomen commutatum: nam Trinacria dicta, quod tribus promontorijs triangula est. Ouidius lib. Fast. 4. Terra tribus scopolis uastum procurrit in æquor, Trinacria: à positu nomen aedeta loci, & Sil. libro quinto. Huc Aetnea cohors Triquetris quam miserat oris Rex Arethusa. t. libro primo. Sili. Italicus libro decimoquarto. Inter historicos Diod. 6. lib. & 16. Polybius lib. bel. puni. primo. Lo- corum uero Sicilia frequens est apud Ciceronem in Verrinis, Thucydidem lib. 6. mentio. Alijs ex professo Dionysius. Strab. lib. 6. Plini. 3. libr. & multa ad eius imitationem Iulius Solinus. Alios prætero. **e** Id angustum. Mille enim & 500. passibus in latum patet, Plini. Nemo de freto illo diligentius Iustino retulit, Epitomatis libro quarto.

Fretū Sicu- lum.

f Anceps. Ideo Silius libro secundo refluum dixit: Clasibus & refiuo spectauimus æquore raptis, Contorta è fundo remouentem transtra Charybdim. Cur autem anceps, Aristoteles docet sectione uigesimateria Problematum. **g** Scyllæ. De his monstris. 12. Odyssea Homerum, & libro Aeneid. 3, Maro. Inibi fabulosa diligenter Seruius retulit.

retulit. a Charybdis mare. Vorticisum scilicet ob rupium præcipites anfractus. b Noxium. Nam transi-
tus periculosisimus est. c Tribus promontorijs. Ouid. lib. 13. Met. Inquit, inquit, Sicaniam, tribus hec excurrit in
equora linguis, E quibus umbris feros uersa est Pachynos ad austros, Mollibus expositum zephyris Lilybæon, ad ar-
ctos Aequoris experies spectat Boreamque Pelorus. Tria promontoria tribus propè uersibus eleganter complexus.
Vide Martian. libro. 6. & haec omnia picturæ adhibe, quam redidit tabu. Europ. 7. Ptolemei Nicolaus monachus.

Pelorus.

d Pelorus. Idem promontorium et
Peloris dicitur. Historiam de prompsit ex
Sallustio: quem in hanc sententiam scripsit
se etiam Seruius refert super. 3. Aeneid.
virg. quamquam dicit se legisse, ante Han-
nibal tempora Pelorum dictum. Polybius
certe in primo belli Puni. non aliud loco
nomen tribuit, nisi id de suis addidit inter-
pres. Vale. libro nono de temeritate ex Ita-
lia nauigasse cum scribit, Petilia relictæ,
dum tam paruo spatio Italianam Siciliamque
inter se diuisas nō credidit, ueluti insidio-
sum cursus rectorem Pelorum intermit.
Melæ sensus magis placet: timuit enim ne
in Italianam appelleret, nescius intermediū
esse fretum per quod Pelorus erat trai-
cturus. e Ora. Intermedia. Vide Pto-
le. f Messanam. Clariſſimam ex Pu-
nicis & Atticis bellis, ante Zancle uocata,
à Tauromenio Tauromeni Ciceroni. Di-
cuntur & alias Tauromenij, Tauromeni-
tani. Sil. lib. 14. Tauromenitana cernunt à
fede Charybdim. Lucanus lib. 4. Tauromi-
nus fugiens dānoſa Charybdis. Et Tau-
romenenses uocati. Oppidum ipsum con-
ditum est in colle, cui Tauri nomen erat,
ab Andromacho Thimei Historici patre,
uiro opibus animoque præstante: & Tau-
romenum dictum est, auctore libro deci-
mosexto Diod. Eius loci meminit quoque Baptista Egnatius Venetus sacerdos in eo libello, quem racemationum ti-
tulo dignatus est. g Catinam. Alia in Sicilia Catina, alia Catana: ab hac Catani, & Cataneses, ab illa Ca-
tinenses. Hermolaus unam intelligit, quæ Græcis quidem frequentius Catana, Latinis ferè Catina dicatur. Catina si-
mulacrum fuit Cereris, ut Ciæro in actione contra Verrem. 7. scribit, quod à uiro non modo tangi, sed nec aspici
quidem fas fuit: à Megaride autem Megarenses etiam Ciceroni dicti. h Syracusas. Cicero actione quaria con-
tra Verrem, ubi de Marcello: Vrbem, inquit, pulcherrimam Syracusas: que cum manu munitissima esset, tum loci na-
tura terra ac mari cladebatur. Item in sexta: Vrbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamq;
omnium sepe auditis. &c. Quo in loco de hac urbe leitu dignissima, sicut & apud Diod. libr. 16. ubi de rebus Dio-
nis. Lathomiam habuit celebrem admodum, in usum caræcis post uersam, opus ingens, magnificum, regum ac ty-
rannorum è saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum penitus excisum: nihil tam clausum ad exitus,
nihil tam clausum undique, nihil tam tutum ad custodias, nec fieri nec cogitari potest, ut Cicero scribit actione in Ver-
rem septima. Ea gratia credo & Romano carceri datum nomen, quo T. Liuius libro primo tertie Decadis uitetur.
Nescio uero Lipsus sit nec ne Nicolaus Perottus, qui alicubi Sinuissanis Campanie id tribuit in Lathomie mentione,
quod Mar. Cicero Syracusanis Sicile. i Arethusam. Cicero ibidem: In hac, inquit, insula (Syracusanam intel-
ligens) est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine plenusquis piscium: qui fluctu aque-
torum operirentur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset: meminit Seneca meatus eius libr. nat. quea-
fflo. 6. & nos supra, ubi de Alpheo, ex Marone docuimus. k Acragas. Quod Agrigentum nostri dixer-
runt, ut Plinius ait. Ab hac Agrigentini, Agrigenses, Acragantini dicuntur. Lucretius lib. 1. quorum Acraga-
nus cum primus Empedocles est, insula quem iriquevis terrarum gesit in oris. Maro Aeneidos tertio: Arduus
ille Acragas ostemat maxima longe Mœnia magnarum quondam generator equorum. De Heraclea, que
media ferè inter Pachynum & Lilybæum oram tenet, etiam Ptolemaeus. Note sunt Thermae, à quibus
Thermae dicti, cum cæteris, tum Ciceroni. l Panormus. Hodie quoque clara, à qua Panormia-
tani. m Hymera. Fluvio cognominis, à qua Hymerei. n Leontini. Silius libro decimoquarto:

Prima

Catina.
Catana.

Syracusæ.

Lathomia.

Arethusa.

Acragas.

Prima Leontinos uastarunt prælia campos, Regnatam duro quondam Lestrigone terram: à Leontio oppido, cuius Ptolemeus meminit, sicut Centurupini à Centuripis, quorum frequentissima est apud Ciceronem in Verrinis mentio. Tradit Aristoteles de natura animalium tertio, tantam in agro Leontino pabuli ubertatem esse, ut non nisi sero diei oves ad pascua adigantur, quò minus capiant pabuli: Alioqui contingere solere, ut morbidæ fiant, renibus uidelicet pingui undique obductis. Sed Hybla melle quoque commendatissima, à qua Hyblæis illis apibus cognomentum est

Hybla,^a aliæque complures.^b Famam habet ob Ceres templum Enna præcipua.^c Montium Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris ab Aenea conditum: &^d Aetna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. De annib[us]^e Hymera referrendus, quia in media admodum ortus, in diuersa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in Libycū, alio in Tuscum mare deuenit. Circa Siciliam in Sicu

Sil. Tum quæ nectareis uocat ad certamen Hymelton Audax Hybla fauis. a
Aliæq; complures. Nam urbes claras ha- buit. 63. ut libro sexto scribit Martianus. Inq; bis uarium Deorum cultum: nam Her aulem & Apollinem Agrigentini, Diana Segetiani coluere. Mercurij autem è Carthaginie allati simulacrum Tyndaritani. Quod C. Verres homo impurissimus in Praetura sua sustulit, Ciceroni.

Famam habet. Cæro actione in Verrem. Siciliæ laus

6. Vetus est, inquit, opinio, quæ constat

Ennae Ceres

et Cereris consecratam: hoc cum ceteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Sicalis tam persuasum est, ut agris eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam & natus esse in his terris Deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam uocant, ex Ennenstium nemore, qui locus in media est insula sius, umbilicus Sia lie nominatur. Hactenus Cæro. Habuit igitur iuxta Ennam augustissimum templum Ceres, ab eo Ennae dicta. Sil. libro primo: Nec Cerere Enna, Phario nec uicta colono. Ennae Cereris simulacrum tale fuit, ut homines cum uide rent, aut ipsam uidere se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factum esse, sed cœlo delapsum arbitra rentur: author in. 7. actione contra Verrem Cæro. Constat autem & Aetnam oppidum in Silia esse, quæ Adranum quoque dicta fuerit: ea re factum, ut apud Claudianum libro raptus primo, ubi hic uersus est: Aetnae Cereri proles optata uirebat. Ianus Parrhasius doctissimus Grammaticus, dubitet Aetnae ne an Ennae scribendum sit: & Ciceronis codices ferè Aetnam pro Ennam habene. At uero, quoniam hic urbem præcipuam fuisse Pomponius indicat, & Cicero eum locum in Umbilico Siciliæ esse, fama celeberrimum, scribit: Ennam non Aetnam utrobiq; legendum existimarim. Id quod Laurentius Abslemius non in ælebris Grammaticus libro obscurorum locorum secundo confirmat. Porro Aetna non in umbilico, sed proprius Pelorum in septentrionem immunit Ptolemeo, Licet Claudianus dicat: In medio scopulis se porrigit Aetna perustis, à Ptolemai tamen sententia Plinius esse, & Strabo paulò attentius legentibus deprehenduntur, & libro de amoquarto Silius Ennae Cereris fanum famigeratissimum fuisse indicat.

Laurētius Ab- stemius.

Quanquam uideam apud Claudianum tam Aetnae legi posse quam Ennae, quod argumento raptus Proserpinæ non repugnet, hoc ne an illo modo legas. Sunt qui apud Valerium, Solinum, & Lactantium Ennam legendum contendant, non Aetnam: & Ennensem Cererem campumq; non Aetnensem: de quo tamen quò minus certe pronuncies, cù loci seæ finitimi, tum etiam quod affinia locorum nomina prono errore inuerti corrumpiq; & in munuum abire usum potuerunt. c Montium Eryx. Sic legendum, ut uocabulum, Montium, ad sequentia referatur, nec cohereat adiectiuo, præcipua. Sic ipse quoque Hermolaus legit. Inquit enim Mela, montium qui in Sicilia extens, duos eximie ælebres esse, Erycem alterum propter Veneris ædem, quam sustinet, alterum Cyclopum fama & indigenis ignibus. Simili modo libro tertio: Montium, inquit, altissimi Taurus & Rheticus. Item in eodem pari modo: Amnum in alias gentes excentium Danubius & Rhodanus. Item alibi: Paludum Suevia & Moesia maxime &c. De Ery & omnes norunt, à quo Erycina Venus dicta. Horat. Siue tu maius Erycina ridens. d Aetna. Huius inædij causas Maro reddidit, & pleraq; non indocte libro primo de raptu Claudianus. Lucretius libro primo: Hic est uasta Charybdis, & hic Aetnae minantur Murmura, flamarum rursum se colligere iras, Faucibus eruptos iterum ut uis euomat ignes, Ad cœlumq; ferant flammæ fulgura rursum. Lege libro de amoquarto Silius, & tertio Aene. Maronem. Cuius locum Macrobius scribit libro quinto, toto sensu ex Pindaro de promptum. Ferunt Poëtae Enceladum subitus præmi, à Ioue reuinatum, properea quòd mons ignem eructat, & terræmotibus uicina loca infestantur: Nam si ad Physica respicias, non sunt aliud Gigantes, quam spiritus illi terra clausi: qui dum exitum non inueniunt, si sibi uiam faciunt, montibus altissimis adeò persepe concussis, ut aut rumpantur, aut in gentia frusta emittant contra Iouem, id est cœlum uersus qui fulnunc sœus, ex quo impetu iacere obuia solet. Hinc illa pugna Gigantum montes in Iouem mouentium uetus, hoc est eruditæ fabula ælebris, cuius supra quoque meminimus. e Hymera.

Pomponij lectio emendata.

Enceladus

Gigates quid sint.

Hym. ra.

Vitruvio libro octavo Hymeras dicitur, Solino Hymereus: sed Silio quemadmodum & Pomponio Hymera, libro de cimoquarto: Armaueri suos qua mergitur Hymera Ponto Aeclio, nam diuiduas se scindit in oras, Nec minus oceanus petit inuita, quam petat ortus, Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis, Quo mons Sicania non surgit dittior umbra. Solinus, Hymereum coelestes mutant plagæ: amarus denique est, dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Miror in re tantilla, adeò uariare scriptores. Mela in meridiem fluere ait, & oceasum: Silius in ortum oceasumq;

Ae. et.

oarsumq; Solinus in meridiem & aquilonem. At recte colligentibus idem referent. **a** Ae. Homerus libro Odyssae quinto, Ogygiam insulam Calypso tenuisse scribit, quam à se & Calypson dictam confirmat libro tertio Plinius: Altera, inquit, Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur. Eandem igitur Ae. am dictam esse, cum Melæ, tum Propertij authoritate uerisimile est. Hic libro tertio ad Posthumum sic ait: Et Thalamum Ae. flētis fugisse pueræ, Totq; hyemis noctes, totq; natasse dies. De Calypso omnino locutus, cum ante Circes mentionem fecisset: Quanquam haud nescio Ae. am Circen & huic, & Maroni dici tertio Ae neid. Inferniq; lacus, Ae. eq; insula Cir ces, ubi Seruius nescio quid nugatur. Verū ab Aea Colchorum oppido circa Phasin si to, cuius libro primo Strabo meminit. Hec est Ae. a, ad quam ab inferis regressus Ulysses appulit, assequente eum cum uino, cumq; pane Circe. De Gaulo, Melita, Galata, & Cosyra Plinius eodem in loco: à Melite hac canes nobiles aliquando Melitæi dicti Straboni libro sexto, à quibus adagium natū: Meliteus catulus, de re hominē ue ad solam uoluptatem cōparata. At Meliteos Plinius ab ea Melite dictos autumat, quæ inter Illyricum & Corcyram nigrā in Adriatico sita est, capite ultimo libri ter tij. Et ab Hermolao defenditur. Ciceron. a ctione in C. Verrem sexta, Melitenses uocat insulanos, et rosam Melitensem, actio. 7. Puluinus, inquit, erat Melitensi rosa fartus. **b** Aeoli. Omnes ueteres

Aeolice insu lœ.

Aeolianum nomina.

Plotæ.

Corsica.

Sardinia

Erasmus Ro terodamus.

lo freto est^a Ae. ee, quam Calypso habuisse dicitur. Africam uersus Gaulos, Melita, Cosura, propius I taliam Galata: & illæ septem, quas, **b** Aeoli appellat, Osteodes, Lipara, Didyme, Phoenicusa, Ericusa, Hiera, & Strongylæ, ut Aetna perpetuo flagrant igne. At **c** Pithecosa, Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreæ, Prochyta, Pontiæ, Pandataria, Phytonia, Palmaria Italico lateri citra Tyberina ostia obiacet. Ultra aliquot sunt paruae Dianum, Iginium, Car bania, Vrgo, Ilua, Capraria. Duæ grandes freta que diuisæ Hetrusco, quarum **d** Corsica littori propior in ter latera tenuis & longa, præter quam ubi **e** Aleria & Marianæ coloniæ sunt, a barbaris colitur. **f** Sardinia Africum pelagus attingens, nisi quod in occidentem quam in orientem angustius spectat, par & quadra ta undique, & nusquam non aliquāto spacioſior quā

Aeolias. 7. nominant, unicus Seruius. 1. Aeneid. nullo authore. 9. authore Hermol. Plin. Citra Siciliam, inquit, ex ad uero Metauri amnis. 22. fermè mil. pas. Ab Italia septem Aeoliae appellatae, eadem Lipareorum & Hephestiades à Græcis: à nostris Vulcanæ. Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Haec tenus Plin. Nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phoenicusa, Euonymos, Pli. Soli. Diony. & Strab. nisi quod hic Thermessam nominat, Mela non Euonymon, sed Osteodem illis adnumerat, diuersam, si Diod. creditus insulam, iuxta tamen si tam etiam Plin. & Ptol. Cæterum Lipara dicta à Liparo rege, cui Aeolus successit. Hiera, quod Vulcano potissimum sacra est, ante Therasia dicta. Strongyle Aeoli domus olim, à rotunda figura, nam σφραγίδων rotundum & turbatum Græci uocant. Diony. Plotas cognominat, quod facile ad nauigetur, locus enim nauigabilis illis πλωτός dicitur. Didyme, quod genuina formam habet. Ericusa & Phoenicusa, que Strab. Ericode Phoenicodeq; dicuntur, ab Ericæ palmeq; fruetis, quibus abundant nomen habet. Euonyma dicta, quod sinistra sit, quoniam è Lipara in Siciliam nauigantibus sinistra maxime offertur, Græci εὐώνυμον sinistrum uocant. ex Strabone. **c** Pithecosa Quæ & Aenaria ab statione nauium Aeneæ, & Homero in arime dicta est: hodie Ischia ab oppido, cui coxendis similitudo, ut Hermol. 31. Plin. capite secundo docet. Græcis uero Pithecosa, à simiarum copia, quas Pithecos uocant. Nota inde fabula, quam Quid. tradit Metæ. libro decimoquarto: aut ut Plin. scribit à figulinis, nam πίθοι dolium Græcis dicitur. Lege cap. 6. libri tertij Plin. ubi omnium quas hic Pomp. tradit, fit mentio. Sola Phytonia remo tior in Sardiniam magis inclinat: & Capellæ Phytonie fossæ dicitur, ex Plin. Cirbania. Autem illa est Hermol. iudicio, que aliás Barpona uocatur. De Ilua à Chalybis copia Plinio commendata. Maro quoque libro decimo: Ast Ilua trecentos, Insula in ex haustis Chalybum generosa metallis. Porro alia est à Capreis Capraria: & sunt Capree ocio & libidine principum aliquot insignes, à quibus Caprensis recessus ille, cuius in Tyberio meminit Suetonius.

d Corsica. Græcis Cyrnos dicta: notissima uino prestante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis meridianam Sardi. angustum mare interfuit. **e** Aleria. Aleriam enim L. Sylla, Marianas colonias C. Marinus deduxit. Illi igitur Roma. reliqui Punica gens & Barbara. **f** Sardinia. Sallustius quoque in eandem sententiam: Sardinia, inquit, in Afro'mari facie uestigij humani, in orientem quam in occidentem latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta, ut libro duodecimo Sil. & Soli. scribunt. De ea Plinius capite septimo tertij libri, eadem & Ichnusa & Sandalotis, à forma humani uestigij dicta. Claud. in bello Gyldonico: Humanæ speciem plantæ sinuosa figurat Insula, Sardiniam ueteres dixerunt coloni. Multa in ea insignia sunt, at nihil magis quam que adagio locum præbuit, herba Sardoa: cuius ex uaria opinione scriptorum E R A S M V S meminit Roterodamus, homo Germanus, græcarum & latinarum literarum peritia præstantissimus, cuius extat Farceiarum opus suo con scriptum Marte, nam ante eum nemo Latinorum per omnem seculorum memoriam idem est ausus: Græci multa quidem elegantia, at ut intelligo, copia nequaquam pari, nec satis absoluta, quæ hodie extant, reliquerunt. Sardiniam Ptol. multo

ptol. multò longiorē facit, quā sit lata: nā Eōum lītūs. 188. mil. paf. lōgitudinis habet, maxima latitudine. 122. mil. paf. existētē. Eadē propē & Pomp. est sentētā: nā angustius spectare cā in ortū quā causum ait, littorū us uidelicat medio cōtractis: in uniuersum autē ubiq; spaciose esse, quā Corsica sit, etiā eo trāctu quo latissima est. a soli quā cōeli. Habet enim in septētrionē uersos mōtes, quibus Bore & afflatus prohibetur: reliqua in ea turbulēta sūt & morbos graibis & uiolēus austris, ut Pausanias retulit, & meminit Cōelius Rhodigi, cap. 19. lib. II. Alioquin

constat in insulis adeo à continente remo
tis, & in meridiē expāsis, æstuo maxime
tēpore (nisi māsionis cōsuetudine cōlūm
uincatur) salubrē habitationē esse nō pos-
ſt. b Iliēses. Sūt & Iolaēses ab ^{Ilienses}
Iolao Iphicli filio, sed uetusissimi Iliēses,
Pausaniae. Solini incuria, Iolaum alicubi
Iphicli, alio uerò in loco Aristei filiū fuiſ-
ſe aſſerētis, adnotauit Hermol. c

Calaris. A qua Calaritani, ut à Sulchi Sul
chitani, Plin. De Calari, Claud. i bello Gyl

donico: Vrbs Libyā cōtra Tyrio fundata
potēti, Tēditur in longū Calaris, tenuēq;
per undas Obuia dimittit fracturū flami-
na collē. d Stœchades. Tres, singu-

lis nominibus Prote, Mese, & Hype dicū
tur, Plin. cap. 5. 3. lib. hoc est prima, media
& infima: id quod ob ordinē quo sitē sūt

Stœchades dictas esse demōstrat, Massili-
ensiū littori uicinas Plin. e Balea-

res. Baleares fūda bellīcosas, Græci Gym-
nēsias dixere, Plinio. Maioricā & Mino-

ricā nominant, à diffāri quātitatē. Dictas
esse cōstat à Βάλλω quod mitto siue fa-

gitto significat. Gymnesiae uerò dicitur,
quod incolae nudi æstatis tēpore iactūfū-
darū ſeſe exercent. Nā uitā ibi aliquando
nec uestibus, nec calceis affuetā egerunt,

ternis bifidis armati fundis. Vbi matres li-

beros arte iaculādi ſolent iſtituere: neq; enim fas eſt cuiquā maxilla panē terere, niſi prius ipſum lapidē fuerit in

depitus iacentē ſuper trabē in locū metā. Ita quidē ſcripſit Lycophron, ut aliqui Latinorū traduxerūt. Quē Florus

cap. 8. li. 3. imitatus, propē ſimilia retulit. Sil. lib. 5. Et torta Balearis ſeuus habena. meminit lib. 6. Diodorus. Sribit a.

55. octauī lib. Plin. tantū apud Baleares aliquādo cuniculorū prouentū fuſſe, ut auxiliū militare à diuo Auguſto ali-

quādo in eosdē petuerint. f Iamno. De Iamnone & Magone, minoris insulæ, Polētia uerò & Palma maioris,

ca. 5. 3. lib. in candē ſententiā Plinius protulit. g Ebusos. Huius nominiſis penultima āceps eſt. Sil. lib. 3. Iamq;

Ebusus Phœnissa mouet, mouet Artabrus arma. Rufus ex Dionysio: Ac dilecta uago pccori cōſurgit Ebusus. h

Ferrariā uocat. De illo & Sucronē ſinu retulimus in cōtinētis deſcriptione. i De agrestibus. Hoc eſt agresti-

feritate exuta ciuitātē. k Colubraria. cuius meminit Pli. cap. 5. lib. 3. Ebusi, inquit, terra ſerpētes fugat, Colu-

braria parit: ideo in festa omnibus, niſi Ebusitanā terrā inferētibus. Græci Ophyusā dixere: nec cuniculos Ebusos gi-

gnit populātes Baleariū mēſſes. In candē ſententiā lib. 3. Strab. l Fugiētibus. Cōſimilis naturē Gaulos iſula eſt

Cercinē in Africā ſpectāti uiani, in qua ſerpēs neq; naſatur, nec uiuit inuecta: propterea iactus ex ea quōcūq; gen-

tū puluis, arcet āgues, Scorpiones ſuperiniectus illico peremit. Solinus author, ex cap. 7. lib. 5. Plinij. In fretō Gallico

iuxta Britāniā iſula eſt Attamis, que ipsa cū nullo angue (ut Solinus ſcribit) ſerpatur, aſportata inde terra quōcūq;

gentiū inuecta ſit, angues necat. Nos huiusmodi rerū nimiriū iſigniū facilius eſt admiratione capi teneri q; quā un-

de tales ſint, caſas reddere: nā & has prædiuies admirabilū operū natura in multis humāna induſtriā latere uoluit,

ne ingenijs nostris peruia, ſi non haberet amplius quod miraremur, uetusſimē dignitatis ſplendorē amitteret. Ideo

Pomponius, uon puluerem ipſum, ſed aliud multo magis, quod ſenſibus nostris minime obuium eſt ſerpentes fugere,

recte autumauit.

^{Ilienses}
Solini incuria

Calaris

Stœchades.

Baleares.
Gymnesiae.

Ebusus

Colubraria.

Gaulos

Notas.